

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & hunc eundem locum & aut h
minaci radiatione respexerit, ob aliquod sacrilegium publica animaduersione
plectentur. Si uero ijs & testimonium accesserit, aut diis immolati, aut propter
religionem aliquam cæsi, sempiternis cæremonijs consecrantur, ut religiosis fa-
cias semper inferuant.

In m parte xij. oritur Centaurus. Hoc oriente qui natus fuerit, aut erit auriga, *Centaurus*.
aut equorum nutritor & cultor, uel eorum exercitator, aut mulomedicus, uel
equitiarius. Si uero & hunc locum prospera radiatione respexerit, faciet inter
equites militare. Quod si & hunc locum uiderit, herbarios faciet, qui scilicet her-
bas solerti arte collectas, ad medelam laborantium seruent.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & hunc locum maleuolæ stellæ
respexerint, aut ex alto proiectus morietur: aut quadrupedis impetu, uel equi
calce percussus, aut ab equo deiectus peribit: uel euerso currū, trahētibus equis,
misera morte lacerabitur.

CLARA SIDER A, CVM ♦ ORIENTIA occidentia que. Cap. x. I I I I.

IN ♦ parte v. oritur Arcturus. Hoc oriente signo qui natus fuerit, erit talis qui *Arcturus*.
amicorū secreta fidei taciturnitate custodiat. Huic opes regiæ credentur, huic
populi ærariū, huic ædes publicæ. Si uero huc locū maleuolæ stellæ radiauerint,
aut cura illis populi credetur, aut fient domus regiæ ianitores, uel tale illis offi-
cium deputabitur, ut ijs in palatio admittendi, uel salutandi officia credantur.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & hunc locum & cum & quacunq;
radiatione respexerint, grauis faciet criminis pulsatos inuidia, ac publico carceri
traditos, & catenis uincitos, miseris curationibus interire.

In ♦ parte decima oritur Cygnus. hoc oriente sidere qui natus fuerit, aut aues *Cygnus*.
capier, aut mercabitur, aut ingenioso studio auibus humanæ uocis sonū insinua-
bit: seu aues uarias, præcipue palumbes, studiose nutriet.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, dum sibi ex alienis prædijs parat
subsidia facultatum, ab hostibus captiuitatis onere deprimuntur, aut propter spo-
lia, uel spoliorum furta, publica animaduersione plectuntur.

CLARA SIDER A, CVM ♫ ORIENTIA occidentia que. Cap. x. V.

In primis partibus ♫ oritur Ophiuchus. Hoc oriente qui nati fuerint, Marsi *Ophiuchus*.
erunt, qui scilicet pestiferos angues, sopitis ac mitigatis aculeis, opprimant.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & hunc locū maleuolæ stellæ qua-
cunq; radiatione respexerint, serpentis iictu uenenati infeliciter moriuntur.

In octaua parte ♫ Delphinus oritur. Hoc oriente sidere quicunq; natus fue-*Delphinus*.
rit, natandi studio tenebitur. Sed & testimonio, urinator erit: cū & uero & &, pe-
taminarius, ephelmator, oriscopalarius, petauristarius, aut certè innata cursus
agilitate perspicuus.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & hunc locum & minaci radiatio-
ne respexerit, in mari uel in fluvio, turbinibus et procellis infaustè submergetur.

In parte decima ♫ oritur Lyra. Quicunq; hoc oriente sidere nati fuerint, & qui *Lyra*.
erunt, recti, cupidi, & ad omne æquitatis officium apti, scelerumque vindices, &
quibus publica iudicia quæstionesque credatur. Si uero hunc locum & quicunq;
radiatione respexerit, tortores erunt, carnifex, & qui malos homines prono stu-
dio persequantur.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, publicis tormentis lacerati, aut igni-
bus exusti, seu tortioe legitima peribunt, presertim si huc locū &, & ue respexerit.

In decimaquinta parte ♫ oritur Cepheus. Quicunq; hoc oriente sidere nati fue-*Cepheus*.
rint, graues erunt, austeri, et omni seueritatis atrocitate metuendi, ac uultū semper
ex morū integritate fingentes, qui etiā Stoicā sectam uero sequātur affectu. Tales
enim apud ueteres fuerunt Catones. Talis nostris temporibus Lollianus, qui seue-
ritatis merito etiam ordinarij consulatus insignia consecutus est. Quod si in hoc
loco ♀

loco ♀ & ♂ fuerint attestantes, arte tragica, carmina semper aut cupide legent, aut facundè facient.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, in scopulis, in quibus aliquando periclitati fuerant, misera corporis iactura morientur, aut natī statim peribunt, aut propter incestum publica animaduersione plectentur, ita ut nouæ ijs & in auditæ mortis inferatur exitium.

CLARA SIDER A, CVM XXX ORIENTIA
occidentiaq;. Cap. X VI.

Aquila. IN duodecima parte xxx oritur Aquila. Quicunq; in ortu huius sideris nati fuerint, ex cede hominum & spolijs, habebunt uitæ subsidia, feras etiā capient patiter & domabūt. Erūt præterea fortes milites, qui summa uirtute præditi, nudo etiā pectori hostes sequātur, multū ad laudē suam proficere credētes, si morte se cura animositate contēplerint. Quod si hunc locū beneuolæ stellæ prospera radiatione respexerint, ab eis liberabitur patria, immo & alias condent ciuitates: atq; deuictis & subiugatis gentibus, mirifice triūphabunt. Si uero ḡ hūc locum, huie respexerit, præpositos faciet, tribunos, imperatorum ministros, regum satellites, & quibus imperij cura, uel armorum custodia, in sua fide credatur.

Si uero in occasu hoc sidus fuerit inuentum, natos faciet in prima uitæ luce infeliciter suffocari.

Cassiopea. In xxx parte uigesima oritur Cassiopea. Quicūq; sub hoc sidere nati fuerint, erūt aurifices, bracteatores, inauratores, plasticatores, margaritarij, & qui has omnes artes ingeniosa cōuersatiōe ptractēt, & ex ijs maxima uitæ subsidia cōsequātur,

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, nati aut ex ruina peribunt, aut interfecti morientur.

CLARA SIDER A, CVM X ORIENTIA
occidentiaq;. Cap. X VII.

Andromeda. IN X parte xii oritur Andromeda. Quicūq; hoc oriēte sidere nati fuerint, cōtra homines crudeli semper feritate grassabūt. erunt enim aut pœnarū publica rum ministri, aut carcerum custodes, aut carnifices, & quibus occidendorū hominum officia credantur. Quod si beneuola stella cum maleuolis iuncta eundem hunc locum respexerit, ergastulis præpositos faciet, aut fodiendis metallis.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & locum istum maleuolæ stellæ respexerint, feris obijci facient, aut in crucem tolli. Quod si sic maleuolis ordinatis, beneuolarum stellarum fauor accesserit, in ludum dari facient, uel perpetuis catenarum uinculis alligari.

Heniochus. In X parte xx oritur Heniochus. Quicūq; hoc oriēte sidere nati fuerint, curiosi erūt aurigæ, agitatores, equites ue, rhedarij, speculatores, non unquam etiā medici: sed qui herbis medelas hominibus egrotis, pecoribusq; aptissimè cōponat.

Si uero hoc sidus cum maleuolis stellis in occasu fuerit inuentū, aut calcis iactu deiectus curabitur, aut uehiculo uersatus uel eneruatus interibit, seu misera corporis & artuum laceratione quassatus.

Ingeniculus. In extremis X partib, orit Ingeniculus, qui à Græcis εψ γάναση dicit. Hoc oriēte sidere quicunq; nati fuerint, fugaces erūt, callidi, uarijs instructi dolis, mēdaces, & qui homines uarijs insidijs appetant, ac effrenata lemp animositate grassent. Cū testimonio uero ḡ et D, erūt funābuli, oribate, neurobate, et qui talia ptractēt.

Si uero sidus in occasu fuerit inuentum, uarijs insidijs periclitabuntur. Quod si hunc locum ḡ irradiauerit, uiui etiā infeliciter exurentur.

Opes. In ultima parte X, leuā uersus, cōsurgit bellua, que à Græcis θεφός dicitur. Hoc oriente sidere, quicunq; nati fuerint, pescatores erūt, sed maiorū pisciū. Hi enim phocas, marinos canes, xiphias, thynnos, crocodilos ue capient. Vel habebunt officia, quæ ex salibus, saltamentis, aut liquamine fiunt, & hæc mercabuntur.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, & ḡ hūc radiauerit locū, natates in fluvio, uel mari, à crocodilis, uel huiuscmodi belluis lacerabuntur.

Oriente autē septentrione, qui est inter X & Y, hoc est inter initium, finēq; mundi, qui

di, qui in uno fixus loco, & in ipso mundi uertice collocatus, eius perpetua celeritate cōtorquet, quicunq; nati fuerint, erunt ferarum mansuetarij, qui ursos, tauros, uel leones, feritate deposita, humanis conuersationibus socient.

Si uero septentrione in occasu fuerit inuentus, & attestante, à feris interibunt crudelissimè necati.

Anguis extremus est, qui inter duas Arctos positus est, in modū fluminis, qd Anguis, fumosis flexib. labitur. Quicūq; sub hoc sidere nati fuerint, Marsi erūt, uel qui uenenis ex herbarū pigmētis cōfectis, salutaria soleāt hominib. remēdia cōparare.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentum, morsu serpentium iicti, uel certe hausto ueneno peribunt.

Cygnus quoq; ad huius signi pertinet partē. Quicunq; igitur hoc oriēte side Cygnus, re nati fuerint, metallorū inuentores erūt, qui latentes auri & argēti uenas, ac cæterarū specierū, solertib. inquisitionib. persequant. hi quoq; monetarij efficiant.

Si uero hoc sidus in occasu fuerit inuentū, & in ipso loco fuerit, uel in diametro, uel quadrato, hi aut incensa domo cōflagrabunt, aut publica iudicis sententia flammis ultricibus cremabuntur.

Illud autē in decretorū istorū fine scire debemus, quod si illa hora, qua pars cō Subterrāno pletur, aut terrāmotus fuerit, aut cœlū tonuerit, quicūq; tūc natus fuerit, semper tunati, corpore tremulus, & in stabilis erit, & qui dubio gressu trepidatibusq; uestigij, per omnia horarum momenta, imminentium culminū speret ruinas, & metuat. Huic oculi micabūt, & ardentī omnium acie perhorrescent. nec ipsa uerba certū ordinē seruabunt: sed impeditus uocis sonus, tremulū murmur exibilabit, ita ut strictis fauibus, in ipso semper exitu, uerba deficiāt. Putabunt enim semper tonare cœlū, terram mōueri, omnia semper ruere, ita ut caduci mūdi terroribus cogitatis, rectæ cōuersationis ordinē perdant. Hæc sunt, Mauorti decus nostrum, barbaricæ sphæræ principia: hæc est, quā promissimus, Chaldei operis disciplina,

BARBARICÆ SPHAERAE APOTELSMATA

secunda. Cap. XVIII.

NVnc autē ad sequentes partes sphæræ barbaricæ, omnē tractatū transferā, qui myriogenes in ex aliqua parte imitatur. Quicquid enim myriogenesis de singulis minutis pronunciat, hoc nos de singulis partibus faciemus. Integer itaq; horos, gnomō ponendus est, ut uera pars, solerti cōputatione collecta, apotelesma, fideliter faciat pronūciatione proferri. aliter enim quicquid promissum fuit, erroris erit uitio, fallaciq; mendacio penitus obumbratum. Nunc itaq; signum omnium uires, atq; eorum apotelesmata, secundum spharam barbaricam, per singulas eorum partes breui oratione complectemur.

PARTIVM ARIETIS MYRIOGENESIS.

Cap. XIX.

PRima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, & beneuolarū stellarū radius accesserit, nascentur reges, duces, & qui prospere semper suū ducant exercitum. Secunda pars Y si in horosc. fuerit inuēta, cōtumaces erūt, fures, & qui semp̄ pr̄ postero furore grassent, qui ue domiciliū suū ad peregrinas trāsferant nationes. Si uero in hac parte horos. cōstituto, & testimoniu habueit, & eū de quadrato uel diametro uiderit, p̄dictis facinorib. detecti, publica animaduersiōne plectunt.

Tertia pars Y si in horosc. fuerit inuenta, erunt furdi, monoculi, ac stolido fatuitatis stupore confecti.

Quarta pars Arietis si in horosc. fuerit inuenta, fures erunt: sed qui in isto faciore deprehensi, publicē occidentur.

Quinta pars Arietis si in horosc. fuerit inuenta, magno populo pr̄aeerūt, ac de rebus maximis iudicabunt, suæq; merito dignitatis, omnibus pr̄apponētur. Erūt enim iusti, integri, sobrij, & qui patrum religiones cum maxima ueneratione tueantur, qui ue omni pr̄aeconio bonitatis ornati moriantur.

Sexta pars Y si in horosc. fuerit inuenta, regū erit amicus, seu potentiu iudicū, ilustrisq; dignitatū insignibus exornatus, & qui omnia in se gloriæ ornamen-

ta circunferat. Alium autē artis cuiusdam merita cōmendabūt, alias militaribus officijs p̄ficietur: hi tamen omnes non uiolenta, sed propria morte peribunt.

Septima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, cum Ζ testimonio, erit athleta: cum δ autem gibbosus, & biothanatus.

Octaua pars Y si in horosc. fuerit inuenta, cū maleuolarū stellarū testimonio, athletas faciet, sed quos illustrī uirtutū merita nobilitent. Hi tamē post multa insignia, biothanata morte peribūt. Si uero ad hāc partē beneuolarum stellarū radius accesserit, uates erunt, maxima in animo diuinitatis insignia preferentes.

Nona pars Arietis si in horosc. fuerit inuenta, in prima ætate positos, biothanata morte trucidant.

Decima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, perfidos faciet, irreligiosos, impuros: sed qui uarijs uitiorum ualeitudinibus oppresi, in prima ætate moriantur.

Vndecima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, Ζ aut in ea parte constituto, aut ex trigona & partili radiatione cōiuncto, potentē faciet. & magnificè præferentem insignia dignitatis, quē regibus ac potentibus uiris fida amicitiae necessitudo coniungat, diuitē, affluentē, ac grandia terrarum, & possessionum spacia pol sidentem: facie quoq; celebrem ducem, & omni dignitatis honore cumulatum, ac prosperis famæ testimonijis adornatum & qui propria morte peribit.

Duodecima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, Ζ & Φ in ipsa parte cōstitutis, cum Ω testimonio, uel si hanc eandem partem Ω trigonica radiatione respexerit, faciet præclaro nobilitatis splendore ornatos: qui etiam diuites & longæui, laudato mortis genere moriantur.

Decima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, steriles faciet, & quibus semper desiderata soboles deugetur: sed hi media ætate præuenti morientur.

Decimaquarta pars Y si in horosc. fuerit inuenta, negotiato rem faciet, sed affluentibus diuitijs instructum, fœnerato rem quoq; de mēlis publicis magna diuitiarū subsidia colligentē, & omnibus notū, semperq; perspicuum. hic quoq; locus textores faciet, uel qui lanas alsiduo artis magisterio, purpurascē peitrafecit.

Decimaquinta pars Y si in horosc. fuerit inuenta, faciet impudica libidinū labē pollutū, atq; impuris semper uitijis obligatum, cinqdū quoq; publicā damnum infamia. Si uero mulier fuerit, similis eam impuritatis libido percutiet.

Decimasexta pars Y si in horosc. fuerit inuenta, alsiduis faciet intestinorū doloribus cruciari. is etiam laniatus morietur. Si uero fœmina fuerit in partu labrans, extremæ uitæ munus implebit.

Decimaseptima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, aucepē faciet, uenatorē, seu auium nutritorem, aut ferarum. Si uero ad horosc. δ testimonium accesserit, à se ris uel à canibus lacerabitur, & morietur.

Decimoctaua pars Y si in horosc. fuerit inuenta, mulionē faciet, uel mularum pastorem: sed hic à modica bestiola, aut phalangio, mure terraneo, uel scorpiōne percussus, miserabiliter de morietur.

Decimanona pars Y si in horosc. fuerit inuenta, in primo ætatis uestibulo constitutos, faciet interire.

Vicesima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, & si ad eam Ζ prosperū testimoniū accesserit, uel si in ipsa Ζ constitutus fuerit, diuitem faciet, multaq; ac præclara filiorum sobole ornatum, ac multorum fratrum præsidio munitum. Sed hunc eundē regibus uel potentibus uiris fida amicitiae merita coniungunt. Erit etiam deorum cultor, omni præconio bonitatis ornatus, bonus, beneuolus, iustus, longæuus, in senectute felix, & qui sua morte moriatur.

Vicesimaprima pars Y si in horosc. fuerit inuenta, cum eodem sidere, quod diximus, idem etiam fatum decernet.

Vicesimasecunda pars Y si in horosc. fuerit inuenta, cum eodem sidere, quod diximus, idem etiam fatum decernet.

Vicesimatertia pars Y si in horosc. fuerit inuenta, strumaticum faciet, exulcerata maculorum labē possessum, uel certè elephantiaca contagione maculatum.

Vicesim

Vicesimaquarta pars V si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet uenereos, ac semper coitus tentigine uexatos.

Vicesimaquinta pars V si in horosc. fuerit inuenta, aurifacem faciet, bracteato rem, uel certe marmorarium.

Vicesimasexta pars V si in horosc. fuerit inuenta, timidum ita faciet, ut per omnia horarum momenta uanis ac stultis suspicionibus expauescat.

Vicesimaseptima pars V si in horosc. fuerit inuenta, lanarium faciet, structorem, siue lanarum textorem.

Vicesimoctaua pars V si in horosc. fuerit inuenta, latrinarū faciet cloacarūq; mundatorem, uel ad aliquod opus publicum, iudicantis sententia damnatum.

Vicesimanona pars V si in horosc. fuerit inuenta, tonsorem faciet, & qui tendit hominum præsit capillis.

Tricesima pars V si in horosc. fuerit inuenta, insanos faciet, caducos, phreneticos, oligochroniosq; uiros.

PARTIVM TAVRI MYRIOGENESIS.

Cap. XX.

Prima pars V si in horosc. fuerit inuenta, uates faciet entheos, sed qui in templo consueuerint uaticinari.

Secunda pars V si in horosc. fuerit inuēta, stercorum faciet baulos, latrinarum cloacarumq; purgatores.

Tertia pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, celebres faciet scenicos, qui in sacris certaminibus constituti, pulcherrima consequantur insignia coronarum.

Quarta pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet iracundos, & ex leui quacunq; causa minaces.

Quinta pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, oī ibi posito, uel minaci radicatione coniuncto, ex graib; offensis faciet interire.

Sexta pars V si in horosc. fuerit inuenta, exoletos faciet, & ad omne impuritas uitii applicatos, irrumatores, cinædos, & quos grauis semper pulset infamia.

Septima pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, aruspices faciet, & augures, ac talium artium diuinatores.

Octava pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, nouis faciet ac repentinis horribus prouectos, subito tamen interire.

Nona pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, turpes faciet, infames, & omnium uitiorum labo pollutos.

Decima pars V si in horosc. fuerit inuenta, malos faciet, malignos, malitiosos, & qui omniū infelicitatū incōmodis cōquassent, ac tandem biothanati moriātur.

Vndecima pars Tauri si in horosc. fuerit inuēta, malignis faciet humoribus tu mefacto corpore uitiali, hydropicosq; mori.

Duodecima pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, ignibus concrematos, faciet misera ac infausta morte perire.

Decimatertia pars V si in horosc. fuerit inuenta, athletarum præpositos faciet, celebresq; palæstritarum magistros.

Decimaquarta pars V si in horosc. fuerit inuenta, corpus faciet fœdis odoribus possessum, ita ut hircini fœtoris miserum semper virus exudet, ob hocq; ab omnibus fugiatur.

Decimaquinta pars V si in horosc. fuerit inuēta, mēdaces faciet, et ab omni ueritatis fide separatos: edaces quoq; ac uētri et gulē crapulosis libidinib. seruientes.

Decimasexta pars V si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet omnium scelerum flagitijs inquinatos.

Decimasextima pars V si in horosc. fuerit inuenta, fabros ferrarios faciet, & qui manib; æra pertractent.

Decimoctaua pars Tauri si in horosc. fuerit inuenta, seruos faciet, humilesq; uiros, artocopos, uel pistores.

Decimanona pars V si in horosc. fuerit inuenta, steriles faciet, & quibus semper filij

per filij denegentur. Quod si in ipsa parte fuerit, aut ex alto cadentes, aut in humido loco, uel aqua, uel fluvio infelices morientur.

Vicesima pars της in horosc. fuerit inuenta, foeda faciet impuritate pollutos, cinados, ac miseris libidinibus seruientes. Si uero mulieris fuerit ista genitura, sine aliquo pudore publicè prostituetur in fornice.

Vicesima prima pars της in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laceratos, miseris mortis genere deperire.

Vicesima secunda pars της in horosc. fuerit inuenta, gibbosos faciet, ridiculos, uiros, ac biothanata morte pereentes.

Vicesima tertia pars της in horosc. fuerit inuenta, raucos uoce faciet, lenones, cinados, & infamiae semper labe pollutos. Quod si beneuola stellæ aut in ipso loco fuerint, aut eum trigonica radiatione respexerint, tragodos facient, comedos, scenicos, ceritosque.

Vicesima quarta pars της in horosc. fuerit inuenta, musicos faciet: sed si hunc locum maleuole stelle radiauerint, hos eosdem faciet biothanata & infelici morte perire.

Vicesima quinta pars της in horosc. fuerit inuenta, fullones faciet, uel tonsores, & qui ex tali magisterio uiuant.

Vicesima sexta pars της in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui excæcato uno oculo, etiam surdi efficiantur.

Vicesima septima pars της in horosc. fuerit inuenta, homines faciet scenicos, pantomimos, sed pathicos, & cinados.

Vicesima octava pars της in horosc. fuerit inuenta, homines faciet multa posidentes, & quibus infinitis lucris acquisitus diuitiarum multarum cumulus accedat: sed tamen in posteriori & senili ætate miseri erunt, & infelices.

Vicesima nona pars της in horosc. fuerit inuenta, superbos faciet, & qui superioribus inani quadam arrogantia dominari cupiant.

Tricesima pars της in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in animis semper & corporis delectatione uersentur.

Inter της cornua, si quis habuerit horosc. Rex erit, uel dux magnus, gloriosus, & terribilis, & cui imperium nauale credatur, uel qui pedestrem ducat exercitum, qui ue alias subiuget ciuitates, alias liberet. Sed huic in perpetuum soboles degatur, uel saltem felices nascentur eunuchi, & quibus regni tuitione credatur, qui etiam multis multa præstent, unde illis imagines pariter & tituli credantur: sed postea offenso principe, mala & infelici morte moriuntur.

Oritur etiā cū της Nauis, quæ si in horosc. fuerit inuenta, negotiatores faciet hilares semper & latos. Quod si ibi beneuola stella fuerit, erunt potentes naucleri. Si uero ὁ testimonium accelerit, & Δ, per maria ac terras exercitū ducent, equitibus, peditibusque prepositi, sed ira uel indignatione principis moriētur infelices.

In ipsa autem nauī, quicunque horosc. habuerit, nauta erit, gubernator nauis, negotiator, seu nauium faber, uel artificiosissimus architectus.

PARTIVM GEMINORVM MYRIOGENESIS.

Cap. XXI.

Prima pars II si in horosc. fuerit inuenta, & eam Ἡ quacunque radiatione resperxerit, potentes faciet, ac magnos, & prouinciae sue primos, atque à ciuibus suis cum maximo honore metuendos, sed principis indignatione pereuentes.

Secunda pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, & cum ipsa Ζ sit positus, uel Ἡ, & præsertim si in opportunis genituræ locis Δ fuerit collocata, uel plena luminibus ad ipsos feratur, duces faciet, qui equitum peditum ueducant exercitus, quibus nauium credatur imperium, qui etiam plurimos subiugent homines, qui ignota sibi uideant loca, quibus quoque etiam in remotis & longinquis regionibus clara potestatis dentur insignia. Erunt sanè iusti, religiosi, plures multa præstantes: & qui multis suscepitis filijs, morte tandem propria moriantur.

Tertia

Tertia pars II si in horosc. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, uel sacrorum principes, seu praecipios regulos.

Quarta pars II si in horosc. fuerit inuenta, maxima corporis pulchritudine faciet speciosos, & quos amata pulchritudo regibus commendet, ita ut in eorum amorem sua semper aestuent desideria.

Quinta pars II si in horosc. fuerit inuenta, nobiles faciet, & erecto semper superbiae spiritu subleuatos.

Sexta pars II si in horosc. fuerit inuenta, uates faciet entheos, qui diuino quodam numine carmina concinant.

Septima pars II si in horosc. fuerit inuenta, carcerum faciet, publicarumque custodiarum uigiles, custodesque.

Octaua pars II si in horosc. fuerit inuenta, & ibi etiam locum habuerit, musicos faciet. Si uero omnis salpictas reddet: sed qui in bello confossi moriantur.

Nona pars II si in horosc. fuerit inuenta, omni praesente, operarios faciet, lacunarios, & perpetuo infelicitatis onere grauatos.

Decima pars II si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui pulmonis dolore confecti, moriantur.

Vndecima pars II si in horosc. fuerit inuenta, hoplomachos faciet, & qui gladiatoriis ludis libenter exerceant.

Duodecima pars II si in horosc. fuerit inuenta, omni praesente, uiri punctura teli morientur, mulieres uero in partu deficient.

Decimatertia pars II si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui inflato ventre, hydropici moriantur.

Decimaquarta pars II si in horosc. fuerit inuenta, omni praesente, de alto loco lapsos, misera faciet morte deficere.

Decimaquinta pars Geminorum, si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet balneatores, mediaстinos, & ministros.

Decimasexta pars II si in horosc. fuerit inuenta, pantomimos faciet: sed quos multorum amoribus perspicua corporis pulchritudo semper insinuet molli & delicato corde.

Decimaseptima pars II si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet & pulchritudine corporis & magnitudine perspicuos: sed qui sint sanè uerecundi, & propter hoc bonorum amici.

Decimaoctaua pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, athletarum faciet exercitationes, palæstricis semper obsequijs deputatos.

Decimanona pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, omni praesente, homines faciet ferro morituros. Si uero in ea parte fuerit aquam haurientes, perpetuis faciet laboribus fatigari. Si autem in squamosis signis posita, quæ plena lumine feratur ad omnes uel minuta ad hunc, elephanticos efficiet.

Vicesimapars II si in horosc. fuerit inuenta, omni praesente, uiros faciet, qui populigubernacula teneant, & quibus pulchra iudicia credantur: sed hi biothanata morte morientur.

Vicesimaprima pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, in ea parte faciet, affluentibus diuitijs copiosos, nobilesque regum amicos: sed paucorum patres filiorum, fratribus paucorum fratres: hi tamen longeui morientur.

Vicesimasecunda pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, citharædos faciet, & musicos, & qui maxima ferent ex hoc nobilitatis insignia, quem ue regibus amicitiae necessitudo coniungat: hic tamen biothanata morte morietur.

Vicesimatertia pars II si in horosc. fuerit inuenta, uiros faciet uirtute strenuos, & in bello nobiles, qui ue ab omnibus prospero famæ testimonio commenden tur: sed sine filiis morientur.

Vicesimaquarta pars Geminorum si in horosc. fuerit inuenta, omni praesente, uel hunc locum de diametro seu quadrato respiciente, de alto lapsos perire faciet, ita ut uel fractis pedibus intereant, aut a feris uel bestiis lacerati, deficiant.

Vicesima

Vicesima quinta pars II si in horos. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, aruspices, prophetas, ac regibus fideli amicitia coniunctos. Sed si H in ea parte fuerit, cinados faciet, & pathicos: sed qui regis tandem indignatione depereant.

Vicesima sexta pars II si in horosc. fuerit inuenta, æditiuos faciet, templorum custodes, hierodulos, & qui sacris officijs deputentur.

Vicesima septima pars II si in horosc. fuerit inuenta, caducos faciet, mente captos, & insanos, & tandem oligochronios.

Vicesima octaua pars II si in horosc. fuerit inuenta, litigiosos faciet, contentiosos, & qui semper in litibus contentionibus uersentur. Si uero o in ipsa parte fuerit, uel locum istum quadrata seu diametra radiatione resixerit, à canibus laceratos, faciet etiam sine filiorum hæreditate perire.

Vicesima nona pars II si in horosc. fuerit inuenta, ñ præsente, nobiles faciet, & nothos: sed qui in prima positi atate moriantur.

Tricesima pars II si in horosc. fuerit inuenta, uenatores faciet: sed qui principum uoluptatibus ascribantur.

In II autem linea quicunq; habuerint horoscopum, & in eodem loco o fuerit inuentus, à bestia seu uipera percussi, femur aut pedem aliquem infeliciter amittent.

PARTIVM CANCRI MYRIOGENESIS.

Cap. XX.

Intr oculos, quicunque horosc. habuerit, monocularis erit, aut omni oculo rum lumine priuatus.

Prima pars o si in horoscopo fuerit inuenta, ñ præsente, negociatores faciet, & nobiles: H autem præsente, nautas, pescatores, tabernarios, caupones, & huiscemodi.

Secunda pars o si in horosc. fuerit inuenta, uiros faciet nimia potentia ac nobilitate perspicuos, uiolentos etiam, & qui alienam substantiam factiosa cupiditate possideant: hi tamen per longa ibunt itinera, ubi repentina morte deficient.

Tertia pars o si in horos. fuerit inuenta, negociatores faciet, laboriosos, numquam in uno consistentes loco.

Quarta pars o si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui inimicos suos omni controuersiae genere semper impugnant, eorumq; superiores in omni certamine efficiantur.

Quinta pars o si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet quorum lumina caulosis uulneribus imbuantur.

Sexta pars o si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet quorum oculi peruersa semper acie uertantur.

Septima pars o si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui habeant in capite tubera. Sed si o ad horosc. feratur, astutos faciet, & impios. Si uero tamen aut o & horosc. Mars irradiauerit, latrones faciet, crudeli feritate grassantes. hi in crucem tollentur: aut publica animaduersione damnati, crudelissima nece peribunt.

Octaua pars o si in horosc. fuerit inuenta, cæcos faciet. In hac enim parte, & quarta, nebula est, de qua frequenti oratione, in hoc saepius libro meminimus.

Nona pars o si in horosc. fuerit inuenta, nautas faciet, nauium gubernatores, qui scilicet naues, per omne pelagus, periti artificij moderatione gubernent.

Decima pars o si in horosc. fuerit inuenta, tales faciet homines, qui omnia efficaci conuersatione compleant.

Vndecima pars o si in horos. fuerit inuenta, homines faciet pescatores, & qui in aquis continuè uersentur.

Duodecima pars o si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laboriosos, & qui assiduo sudore uitium querent.

Decima tertia pars o si in horosc. fuerit inuenta, studiosos faciet, & semper in libris assidua lucubratione uersantes.

Decima

Decima quarta pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet, & qui ex ari operatione lucentur.

Decima quinta pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet sylvestres, qui semper intra sua tecta se contineant.

Decima sexta pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, superbos faciet, & elatos, & qui se nobilitate illustres existiment.

Decima septima pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, pigros faciet, ociosos, inertes, & nullo labore detentos.

Decima octava pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laetos, iucundos, & hilares, nullaq; aduersitate lugentes.

Decima nona pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, histriones faciet, pantomimos, ac scenicos ioculatores.

Vicesima pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet pigros, & qui nul la rerum fatigazione laborent.

Vicesima prima pars \textcircled{w} si in horoscop. fuerit inuenta, homines faciet uanos, mendaces, & nulla penitus ueritate probatos.

Vicesima secunda pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, inertes faciet, pigros, & ab omni operum fatigazione semotos.

Vicesima tercia pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, instabiles faciet, & uaria mentis agitatione mutabiles.

Vicesima quarta pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet super alios semper cupientes honorum dignitate leuari.

Vicesima quinta pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, \textcircled{w} praesente, uel radios suos accommodante, omni faciet felicitate beatos, sed qui se stupris, adulterijsq; com maculent, ita ut eorum adolescentia laudetur, posterior uero infametur aetas, hoc idem & in mulieris genitura decernitur.

Vicesima sexta pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet mobiles, & inconstantis sensus mutatione fallaces.

Vicesima septima pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, humiles faciet, & obscuros, assidaq; semper seruitute depresso.

Vicesima octava pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuentes, inerta, faciet, & ociosos, & qui nullis sciant negotiis immisceri.

Vicesima nona pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet illiberales, & fures, & rerum alienarum concupitores.

Tricesima pars \textcircled{w} si in horosc. fuerit inuenta, nautas faciet, aut pescatores, & qui assida aquarum fatigazione laborent.

PARTIVM Ω MYRIOGENESIS.

Cap. XXIII.

Prima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, lenones faciet, rauca quidē uoce eru ptos. Hoc etiam in illis partibus quae sunt in ore Ω simili ratione perficitur.

Secunda pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, reges faciet, & potentes. Sed quotienscumq; ad hunc locum \textcircled{w} uenerit, aut \textcircled{h} , grauia illis bellorum certamina concitantur. In hac parte est limpida stella, de qua superius diximus.

Tertia pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, regem faciet duplex regnum possidentem, multasq; prouincias uirtutis suae potestatibus associantem, in hanc etiam partem eadem superior stella felici numine radios suos extendit.

Quarta pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet uenatores, qui ferunt, auiumq; studio teneantur.

Quinta pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, athletarum magistros faciet, aliptes publicos, uel unctores.

Sexta pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet, qui semper gymnasiorum exercitatione laetentur.

Septima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, hymnologos faciet, comedicos, tragicos, & quomodo scenicos.

Octaua pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, ex quodam artificio claros & nobiles faciet. Sed si beneuole stellæ hoc idem decreuerint, cinquæ erunt, pantomimæ: mulieres uero meretrices, quæ pudorem suum sine ullo respectu passiuis libidinum conuersationibus uendant.

Nona pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, obstetrices faciet, uel alienos filios nutrientes. Quod si Δ fuerit ibi lumine crescens, atque beneuolis stellis attestantibus, regum, uel potentium filiorum faciet nutritores.

Decima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, duces faciet, nobilesque sagittarios. Sed si Θ horosc. Lunamque uiderit, gladiatores reddet.

Vndecima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet impudicos, & nulla penitus honestate decoros.

Duodecima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet è diuerso pudicos, & omni penitus honestate insignes.

Decima tertia pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet sapientes, constantes, & in omnibus stabili ratione probatos.

Decima quarta pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, inertes faciet, ociosos, & piger, & qui nullo operis labore fatigentur.

Decima quinta pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet fortes, & animo & corpore plurimum ualentes.

Decima sexta pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, rusticos faciet, & ingnobiles, & nulla penitus disciplina morosos.

Decima septima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, magnanimos faciet, robustos, & omni uitæ actione probatos.

Decima octaua pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, dominos faciet, ac principes, & qui in populos habeant potestatem.

Decima nona pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, milites faciet, fortes quidem, & animo feroci semper bella cupientes.

Vicesima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, nuncios faciet sive tabellarios, & qui principum negotia pertractent.

Vicesima prima pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet benignos, & omni hospitalitatis genere probatos.

Vicesima secunda pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, debiles faciet, & plurima quidem corporis ualeutudine detentos.

Vicesima tertia pars Ω si in horosc. fuerit inuenta, homines uarios faciet, & diuersa sensus uolubilitate mutabiles.

Vicesima quarta pars Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, sapientes faciet, ac prudentes, & continua mentis agitatione pensantes.

Vicesima quinta pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet pescatores, & qui semper in aquis uitam ducant.

Vicesima sexta pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet laboratores, quorum uita assiduis fatigationibus teneatur.

Vicesima septima pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, laboriosos similiter efficiet, & qui mente semper & animo fatigentur.

Vicesima octaua pars Leonis si in horosc. fuerit inuenta, homines è diuerso faciet ociosos, & nulla penitus fatigatione detentos.

Vicesima nona pars Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, gratos faciet, & amabiles, & omnibus caros & iucundos.

Tricesima pars Leonis si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet aliena semper seruitute detentos.

PART IVM IN MYRIOGENESIS.

Cap. XXIII.

Prima pars η si in horosc. fuerit inuenta, & sit Δ plena luminibus, ac prosperum horosc. testimonium præbeat, magna faciet nobilitate perspicuos, qui semper literarum merito, aut cum rege sint uel regina, & qui plurimos habeant sub sua

sub sua potestate constitutos. Sed si ♂ hunc radiauerit locum cinædos faciet, & qui tandem in humidis locis infeliciter moriantur.

Secunda pars ♀ si in horosc. fuerit inuenta, speciosos faciet sacerdotes, prophetas, aruspices, religiosos quoq; magna nobilitate perspicuos, potentes etiam, & maxima diuinitatis insignia possidentes.

Tertia pars ♀ si in horosc. fuerit inuenta, mercatores faciet, qui sua industria plurimos locupletent.

Quarta pars ♀ si in horosc. fuerit inuenta, rusticos faciet, & qui terram colendo continuis laboribus fatigentur.

Quinta pars ♀ si in horosc. fuerit inuenta, idem efficiet quod secundam huius signi partem diximus decernere.

Sexta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, idem etiam operabitur, quod in secunda huius signi parte diximus decerni.

Septima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, ♀ crescente, uel in horosc. constituta, sacerdotes faciet, aruspices, diuinos, religiosos, potentes, atq; aduersarios suos summa semper auctoritate deprimentes. Quod si ♀ & ♂ hunc locum radiauerint, duces facient, qui contra barbaros exercitum ducant. Si uero ♀ testimonium perhibuerit, thesaurorum facit præpositos, ac fœneratores. Sed quotiescumq; h̄ ad hunc locum uenerit, in magna erunt penuria constituti. Si autem ♀ solus in hoc loco fuerit inuentus, omnia illis felicitatis insignia decernentur. Si autem ♀ crescens lumine, ♀ radios accommodauerit, pulchritudinis merito fida potentibus necessitudine coniunguntur. Quod si ♀ in ipso loco fuerit inuenta, mulieres faciet prostitutes & malas.

Sub ipsa Spica, si in horosc. fuerit inuentus, pistores faciet, sed qui inter collegas suos habeant principatum.

Iuxta Spicam, si fuerit horosc. homines faciet infelices, pauperes, & miseros, in summa penuria constitutos.

Octaua pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, iustos, ac magnifica nobilitate perspicuos, qui & affluentibus diuitijs ornentur, & pulchra gaudent sobole filiorum, atq; in prouecta ætate moriantur.

Nona pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, luctatores faciet, & qui in omnibus certaminibus pulchra consequantur semper insignia coronarum.

Decima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, latrones faciet, effrenata habendi cupiditate semper immundos.

Vndecima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet, sed qui gloriosæ consequatur nobilitatis insignia: diuites quidem, ac diuitum mulierum matitos, sed qui uiolenta tandem morte moriantur.

Duodecima pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, maxima dignitatis insignia reportantes, prophetas quoq; ac sacerdotes, ac magnorum templorum, ciuitatum, uel prouinciarum rectores, quibus frequenter populorum iudicia credantur: sed hi ex filiorum suorum infortunij maximos doles consequentur.

Decima tertia pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, citharœdos faciet, cantores, & hymnologos, fidibus canoros.

Decima quarta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, musicos faciet, qui cantibus suis hominum aures demulcent.

Decima quinta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, elegantes uiros faciet, qui uirginum concubitus sepe sectentur: sed habebunt in femore uitium, ita ut eos uitiosis humoribus concretus sanguis frequenter inquietet.

Decima sexta pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, magnos faciet uiros plura negocia sepe tractantes, sed qui tandem biothanata morte moriantur.

Decima septima pars ♀ si in horosc. fuerit inuenta, gladiatores faciet, publicis uoluptatibus deputatos.

Decima octaua pars Virginis si in horosc. fuerit inuenta, beatos faciet, ac pri-
mos sacerdotes, doctos, regum amicos, & qui à mulieribus semper amantur.
Quod si in ipsa parte fuerit, uel in eius occasu, mulieris causa, publica faciet
morte perire, ac biothanatos deficere.

Decima nona pars η si in horosc. fuerit inuenta, architectos faciet, structores,
parietarios, uel marmorarios.

Vicesima pars η si in horosc. fuerit inuenta, musicos faciet, citharædos, etiam
carmina dulci modulatione cantantes: sed hi patronorum clietelas sectabuntur,
obsequijs semper amoris apud homines sibi gratiam comparantes.

Vicesima prima pars η si in horosc. fuerit inuenta, hoc est, in extremo pede,
homines faciet, qui se plurimis negotiorum generibus inuoluant, & quibus fre-
quenter iudicia credantur, uel qui iudicum semper amcitas affectent.

Vicesima secunda pars η si in horosc. fuerit inuenta, quæ pars extrema linea est,
homines faciet à dæmone attentatos. Quod si aut in ipsa parte fuerit, aut in
in eius occasu à piratis captos in mari faciet interire.

Vicesima tertia pars η si in horosc. fuerit inuenta, nautas facit, & qui continuis
laboribus maria perlustrant.

Vicesima quarta pars η si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet assiduis vi-
tae laboribus defatigatos.

Vicesima quinta pars η si in horoscop. fuerit inuenta, litigiosos faciet, & qui
exigua quacunq; causa moueantur ad lites.

Vicesima sexta pars η si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet moratos, &
laudabili disciplina fulgentes.

Vicesima septima pars η si in horosc. fuerit inuenta, ociosos faciet, & inertes,
& qui nulla uitæ actione utantur.

Vicesima octaua pars ♀ si in horosc. fuerit inuenta, diuites faciet, & multis cen-
sibus plurimum locupletes.

Vicesima nona pars η si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet religio-
sos, sanctæ p[re]mente diuinis rebus semper intentos.

Tricesima pars Virginis si in horoscopo fuerit inuenta, stultos faciet, & insa-
nos, & qui nulla penitus ratione utantur.

PART IVM — MYRIOGENESIS.

Cap. XXV.

Prima pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, pulchro faciet corpore, & amabilis
gratia uenustatis ornatos. Si uero in hac parte fuerit, omni corpore reddet
incolumes.

Secunda pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, quia in ipsa plurimæ sunt stellæ,
quarum aliquæ sunt masculinæ, aliquæ uero fœmininæ, animaduertendum est,
quod si quis in masculinis stellis istis horosc. habuerit, nobilis erit hymnodicus,
& cui deorum secreta credantur: Si uero in fœmininis, cinædus erit, sed urbanita-
tis gratia semper amatus, ac omnibus charus.

Tertia pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, iustos, sanctos, &
felici ætate longæuos.

Quarta pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, citharædos faciet, & musicos, dul-
cisonis uocibus ornatos.

Quinta pars ☽ si in horoscop. fuerit inuenta, diuites faciet, & copiosos, & qui
semper in iudicijs uersentur.

Sexta pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, diuites faciet, multa negociationis of-
ficia pertractantes.

Septima pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, oportente, à piratis captos cru-
deli faciet interitu perire, seu à belluis laceratos misera coget morte deficere.

Octaua pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, balneatores faciet, mediaстinos, &
aquarum ministros.

Nona pars ☽ si in horosc. fuerit inuenta, aleatores faciet, populari notione
perspicuos,

perspicuos. Hæc quoq; pars in literis etiam & doctrina peritissimos reddit.

Decima pars ω si in horosc. fuerit inuenta, pathicos faciet, & cinædos, publica pulsatos infamia. Quod si mulieris fuerit ista genitura, passiuis erit libidinum cupiditatibus prostituta.

Vndecima pars ω si in horosc. fuerit inuenta, hydroponicos faciet, tumefactos, & ex hac morte perituros.

Duodecima pars ω si in horoscop. fuerit inuenta, homines faciet, qui in iudicis cum omnium notitia uersentur.

Decima tertia pars ω si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, & iustos, & quibus publica etiam iudicia credantur, quosq; reges amico diligent semper affectu. hi quoq; in prouecta ætate, morte sua morientur.

Decima quarta pars ω si in horosc. fuerit inuenta, sculptores faciet, qui deorum simulacra miro artificio fingant.

Decima quinta pars ω si in horosc. fuerit inuenta, reginam faciet sine filijs, oligochroniam, & biothanatam perituram.

Decima sexta pars ω si in horosc. fuerit inuenta, negotiatores faciet, sed qui peregrinas merces semper adducant.

Decima septima pars ω si in horosc. fuerit inuenta, in septentrionali scilicet parte, & bene posita, ad beneuolas plena lumine feratur, literatos faciet, regumq; scribas, uel quibus dictandi committatur officium, atque ex ea potissimum causa magno nobilitatis honore perspicuos.

Decima octava pars ω si in horosc. fuerit inuenta, in crucem faciet iussu imperatoris attollit, aut eodem praesente torquerit, aut principis iussu suspendit; sed tunc cum σ in ipsa parte fuerit inuentus, id omne contingit.

Decima nona pars ω si in horosc. fuerit inuenta, in repentino hostium cursu homines capi faciet & trahi.

Vicesima pars ω si in horosc. fuerit inuenta, in septentrionali scilicet parte, medicos faciet, celeberrima artis nobilitate perspicuos. Si uero σ in ipsa parte fuerit inuentus, de mensuris & ponderibus actus dabit; sed hominem faciet sine filijs & hæredibus interire.

Vicesima prima pars Libræ si in horoscopo fuerit inuenta, geometras faciet, ac mathematicos viros, sed oligochronios reddet.

Vicesima secunda pars ω si in horosc. fuerit inuenta, σ praesente, de loco alto lapsos cedeli morte faciet interire.

Vicesima tertia pars ω si in horoscop. fuerit inuenta, regem faciet: qui tamen multis superstitionibus relictis, ferro moriatur.

Vicesima quarta pars ω si in horosc. fuerit inuenta, negotiatores faciet, qui peregrinas merces nauibus aduehant. Si uero σ in ipsa parte, uel in occasu fuerit inuentus, idem à piratis in mari capti, trucidabuntur.

Vicesima quinta pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, fabros ferrarios faciet, uel qui res metallicas semper exerceant.

Vicesimasexta pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, textores faciet, gerdiosq;, sed quorum animi insania ualeudidine quatiantur.

Vicesima septima pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, thurarios faciet, uel pigmentarios, seu pharmacopolas.

Vicesima octava pars Libræ si in horoscop. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, ac templorum ministros, sed diuites.

Vicesima nona pars Libræ si in horosc. fuerit inuenta, religiosos faciet, iustos, beneuulos, & omni bonitate ornatos.

Tricesima pars ω si in horosc. fuerit inuenta, mendaces faciet, uerbosos, et affluentia sermonis inflatos. Qd' si beneuole stellæ in hoc loco fuerint collocatae, magnos facient medicos, celeberrimosq;, sed peregrinatores et tandem biothanatos.

In Boote quicunq; habuerit horosc. diuinus erit astrologus, uates, artisq; Chaldaicæ ualde peritus,

PRIMA pars in si in horosc. fuerit inuenta, incantatores faciet, qui uerborum potestate dolores mitigare possint.

Secunda pars in si in horosc. fuerit inuenta, turpes faciet homines, meretricio squallore saepe pollutos.

Tertia pars in si in horosc. fuerit inuenta, nanos faciet homines, gibbosos, deformes, atq; ridiculos.

Quarta pars in si in horoscop. fuerit inuenta, nanos similiter faciet, sed regum uel imperatorum delicijs deputatos.

Quinta pars in si in horosc. fuerit inuenta, bene posita, nobiles faciet, iustos, religiosos: sed qui praeclaro consortio affinitatis ornati, plurimos habeant liberos. Si uero ex magisterio uel interpretationibus habebunt uitæ substantiæ, erunt regis scribæ, literarum tractantes officia, quos ideo fida regi amicitia nobilitet.

Sexta pars in si in horosc. fuerit inuenta, sacerdotes faciet, diuites, & liberos multos habentes: sed hi frequenter regum uel principiū indignatione moriuntur.

Septima pars in si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet crudeli bestiarum mortu laceratos interire.

Octaua pars in si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet opifices, mechanicarum artiū opere laborantes. Sed qui aut aspide aut uipera percussa moriantur.

Nona pars in si in horosc. fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, qui illorum cultui sint semper applicati.

Decima pars in si in horosc. fuerit inuenta, homines tales faciet, qui in piuma ætate constituti moriantur.

Vndecima pars in si in horosc. fuerit inuenta, entheos sacerdotes faciet, dan tes uera responsa querentibus.

Duodecima pars in si in horosc. fuerit inuenta, templorum seruos faciet, uel sacrorum obsequijs deputatos.

Decima tertia pars in si in horosc. fuerit inuenta, in aliquo cardine constituta, iudices faciet, maxima reportantes insignia dignitatis, aliorum etiam iudicium sententias iudicantes, atq; habentes uitæ necisq; humanæ summam potestatē. Sed haec illis potestas ad annum xxx, uel xxxv decernitur. Hi quoq; uxores habebunt & filios. Anno autem ætatis suæ xxvij, & xlj, & lviij climateras & percula sortientur: quæ si ad annum lxvi extenderint, penitus interibunt: quoddam tamen uitium in uita patientur, & demum aut gladio, aut ferro, uel in aqua, seu repentina quodam interitu morientur.

Decima quarta pars in si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet sensu instabiles, ac nulla penitus ratione utentes.

Decima quinta pars in si in horosc. fuerit inuenta, ociosos faciet, inertes & pi gros, & qui nulla se uitæ actione fatigent.

Decima sexta pars in si in horosc. fuerit inuenta, pistores faciet. Quod si Luna in quocunq; signo claræ stellæ fuerit, iudices erunt, magna licentia & potestate ualentes. Si uero in deiectis locis fuerit inuentus, spiculatores faciet, qui nudato gladio, hominum amputent ceruices.

Decima septima pars in si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet, inauratores, bractearios, & qui in auro operentur.

Decima octaua pars in si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet à bestijs ne quiter laceratos, crudeliter interire.

Decima nona pars in si in horosc. fuerit inuenta, bene posita, magna faciet, potentia felicitatis ornatos, qui uitæ ac necis maximam habeant potestatem. Quod si non horosc. quacunq; radiatione respexerit, potestas etiam illis tanta erit, ut regali imperio comparetur. Sed erunt nimium in rep. negligentes, qui etiam offenso principe moriantur.

Vicesima pars in si in horosc. fuerit inuenta, duces faciet, potentesq; bellato res, qui

res, qui prosperè ducentes exercitum, infinitas uictorias consequantur: quorum uirtus & gloria regalibus comparetur imperijs. Qui etiam nimio felicitatis augmento elati, de attentando imperio, rebelli cogitatione pertractent. Erunt enim audaces, temerarij, post mortem tamen suam superstites filios relinquentes, sed qui igne, uel offenso rege moriantur.

Vicesima prima pars in si in horosc. fuerit inuenta, hoc est dexter pes in, pescatores faciet, qui marinas spongias colligant. Si uero secundus pes in horosc. fuerit inuentus, ab aliqua bestia, uel quadrupede faciet interire. Si tertius, viros quidem cinædos faciet: mulieres uero prostitutio pudore, publicas meretrices.

Vicesima secunda pars in, hoc est prior pes sinister in si in horosc. fuerit inuenta, hortorum cultores faciet. Si secundus, à bestijs faciet interire: si tertius, tonsores reddet. Si quartus, à piratis faciet occidi, aut à bestijs laceratos in humidis locis interimi.

Vicesima tercia pars in si in horosc. fuerit inuenta, & ♀ & ♂ in ipsa fuerint parte collocati, potentes facient, diuites & longæuos, & quibus felicitatis augmenta, in proœcta decernantur ætate, quiq; multa filiorum sobole gaudeant.

Vicesima quarta pars in si in horosc. fuerit inuenta, tales faciet, qui auaræ cupiditatis instinctu, & parricidalis furoris amentia, fratres suos interficiant: sed ipsi quoq; sic uolentibus fatis, uiolenta morte morientur.

Vicesima quinta pars in si in horosc. fuerit inuenta, si ♂ in ipsa parte fuerit inuetus, uel ei per diametrum aut quadratum iunctus, homines faciet igne cremari.

Vicesima sexta pars in si in horosc. fuerit inuenta, oratores faciet, aduocatos, medicos, sed quos professionis suæ nobilitet ingenium. Cum testimonio autem beneuolarum stellarum, illis patriæ legatio reddetur: hi tamen, offenso rege uel principe suo, nequiter interficiunt.

Vicesima septima pars in si in horoscop. fuerit inuenta, praesente ♀ ac ℥ diuites faciet, iustos, amabiles, longæuos, ac multarum mulierum amore præuentos. Sed his, processu ætatis, augmenta felicitatis accedent: in prima tamen ætate, maxima gloriae & dignitatis incrementa prouenient.

Vicesima octaua pars in si in horosc. fuerit inuenta, strabones faciet, sed quos peruersis oculis ornet bona gratia uenustatis: hi tamen negligentes erunt. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, profusionem sanguinis patientur alij, alij elephantiam, quidam uero phrenesin: & hoc, si uero lumine feratur ad ♂, quocunque in loco fuerit inuenta.

Vicesima nona pars in si in horosc. fuerit inuenta, aduocatos faciet, & sapietes, Quod si beneuola stella in ipsa parte fuerit, ad imperatorem legati mittent, ac omnia cōplebunt, quecum illis fuerint in legatione mādata, unde & multa munera consequent: sed in necessarijs corporis partibus uitii aliquod habebūt omnino.

Tricesima pars Scorpionis si in horosc. fuerit inuenta, Marsos faciet, et ueneficos, ad neces hominū uenena uendētes, ita ut ex isto studio multos interficiat. Erunt etiā hi malicioſi, mendaces, & mali. Si uero ♂ in ipsa parte fuerit inuetus, uenatores erunt, sed biothanati pereuentes. Adiacent autem Scorpioni in dextera parte Ophiuchus & Vulpes, in sinistra uero Cynocephalus & ara.

In Ophiucho qui nati fuerint, audaces erunt, entheo quoq; præsago diuinitatis instinctu futura noscentes.

In Vulpes qui nati fuerint, callidi erunt, fraudulenti, & circucriptores, cordatis simi tamē, & uite subsidia, æterna quadā cultura querentes. Quod si ℥ in ipso loco fuerit inuentus, monumentorū custodes erunt, sed qui per dolū moriantur,

In Cynocephalo qui nati fuerint, ualeudinarij frequenter erunt, & sine filijs, atq; oligochronijs.

In Ara qui nati fuerint, sacerdotes erunt, habentes tātum ex sacrificijs uitæ subsidia, sed mala morte pereuentes.

Prima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, nobiles faciet, religiosos, iustos, & quibus maxima gloriae conferantur insignia. Quod si benevolia stella in hac parte fuerit constituta, reges faciet, uel regum proximos, qui omnia negocia sua efficaciter compleant.

Secunda pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet furiosos, periuros, perfidos, atq; sacrilegos.

Tertia pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, unum oculum faciet, quo cuncti modo & genere, amittere.

Quarta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, monumentorum custodes faciet, uespillones, & pollinctores.

Quinta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, impuros faciet, impudicos, miseros, & turpis infamiae labi pollutos.

Sexta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, nanos facit, gibbosos, uaricosos, uitiosos, & tandem biothanatos.

Septima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, iustos faciet, religiososq; et quibus publica iudicia credantur, ita ut de cæterorum iudicijs sententias ferant.

Octaua pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ℥, longæuos faciet, & religiosos, ac in cæteris suis affinibus primos, multos habentes filios, regum interpres uel magistros, scribas quoq; & sacrarum literarum officia tractantes, unde si bi in ætatis processu felicitatis insignia conferantur, & qui bona morte deficiant,

Nona pars ♫ si in horoscop. fuerit inuenta, astrologos faciet, uates, diuinos, entheos, deorumq; cultores.

Decima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, athletas faciet, hoplomachos, & qui gladiaturam semper exerceant.

Vndecima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in hostili bello percussi, & tali est pereant.

Duodecima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet periculosos, temerarios, et qui prepostero cupiditatis ardore ad omne nefas libenter accedant.

Decima tertia pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, parricidali faciet furore possessos, biothanatos itidem interire.

Decimaquarta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, citharoëdos faciet, publicis uoluptatibus deputatos, sed qui in oculo uitium habeant.

Decima quinta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, mechanicos faciet, qui instrumenta bellis necessaria facientes, ipsi etiam nequiter in bello moriantur.

Decima sexta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uir quidem hasta laceratus morietur, mulier uero in partu deficiet.

Decima septima pars ♫ si in horoscopo fuerit inuenta, athletas faciet. Si uero ♂ testimonium perhibuerit, uenatores efficiet. Si ℥, equorum faciet aptissimos curatores.

Decima octaua pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, fures faciet, periuros, maleuulos, malignos, sine filiis, & biothanatos.

Decima nona pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet pancratistas, & athletas, sed sine filiis morientes.

Vicesima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet nanos, gibbosos, deformes, atq; ridiculos.

Vicesima prima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet multorum ciborum, & res alienas abnegantes.

Vicesima secunda pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ℥, magnos faciet, potentes, & infima terræ spacia possidentes. Hi enim tales erunt, quibus pedum equitum ue committantur exercitus, quibus etiam nauale se prius pralium credatur. In quo & multa bella confingent, & barbaras etiam subiugabunt ciuitates: quarum alias instaurabunt, alias uero funditus dissipabunt. Habebunt etiam filios & uxores, quæ tamen in necessarijs locis uitia habebunt & cicatrices: ipsi uero in peregrinis locis bellantes, in pugna biothanati morientur.

Vicesima

Vicesima tertia pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, in desertis & abditis locis à bestijs laceratos faciet interire.

Vicesima quarta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, equorum faciet domitores, uel aurigas. Si uerò in ipso loco ♀ fuerit, aurigas regios faciet, uel muliones, sed qui ob hoc maxima gloriæ consequantur insignia. Si autem istic ♂ fuerit atque status, biothanatos faciet interire.

Vicesima quinta pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, ebrios faciet, & temulentes, præsertim si ♂ in ipsa parte fuerit inuentus. Si uerò ♀ testimonium perhibuerit, cinedos faciet, sed qui publica damnentur infamia, mulieres uerò meretrices.

Vicesima sexta pars ♫ si in horoscopo fuerit inuenta, uitiosa faciet contagione pollutos: mulieres uerò, uiragines, meretrices, & ad omne libidinum facinus applicatas.

Vicesima septima pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet in desertis locis misera morte deficere. Si uerò ♂ in ipsa parte fuerit inuentus, oligochronos faciet, & infelices, & qui acri plaga moriantur.

Vicesima octaua pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, alinarios faciet, muliones, & qui assiduis laboribus implicentur.

Vicesima nona pars ♫ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet nanos, gibbosos, deformes, captiuos, ridiculosq;

Tricesima pars Sagittarij si in horoscopo fuerit inuenta, physicos faciet sine gratia, & inuidos, quorum mors à bestijs causetur. Quod si ♂ in ipsa parte fuerit, erunt oligochroni, sine filijs.

In extrema Sagittarij linea, & super cauda, qui natu fuerint, figuli erunt. Infra eam uerò natu, monoculi erunt & strabones, sed cursores uelocissimi, sub alienis tamen potestatibus subiugati. Hi uerò erunt sanguine saepius inquietati, habebunt quoq; faciem prolixam, sed à quadrupede lacerati, misera morte deficient. In dextra parte Sagittarij, oritur nauis Argo, in sinistra uerò Canis.

In Naui qui horosc. habuerint, erunt naucleri, uel nauium gubernatores, negotiatores quoq;, sed qui ad occidentem nauigent. Sed si ♂ hunc eundem locum uiderit, reuertentes ad orientem, à piratis occidentur.

In Cane qui horosc. habuerint, litigiosi erunt & clamosi. Si uerò ♀ in ipso loco fuerit inuentus, erunt aduocati optimi, & regum amici, ac præcipui oratores.

In ore Canis qui horosc. habuerint, erunt turpi uita, inquinato ore, sed affluentia uarij sermonis inflati.

PARTIVM ♪ MYRIOGENE.

sis. Cap. XXVII.

Prima pars ♪ si in horoscop. fuerit inuenta, regem faciet ac principem, & cui maxima conferantur insignia potestatis.

Secunda pars ♪ si in horosc. fuerit inuenta, belli gerendi ductores efficiet, & quibus præliorū dispositio credatur: sed hi biothanata morte feliciter morientur.

Tertia pars ♪ si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♂ ac ♀ bene collocata, magnos faciet, ac potentes, & qui maximam habeant gladij potestatem, sed qui iudicia sua feuere & crudeliter semper exerceant. Hi enim crudeles erunt, ingeniosi, audaces, et multorum interfectores, erunt quoq; magni exercitus duces, sed in pugna morientur.

Quarta pars ♪ si in horoscopo fuerit inuenta, præsente ♀ musicos faciet, uel artifices, sed qui mulieres præpostoris libidinum amoribus persequantur, sintq; in omnibus negligentes. Si uerò ♀ fuerit bene posita, scribas faciet, & nobiles, quibus magnarum rerum officia credantur: diuites quoque, iustos, religiosos, & qui longæui moriantur.

Quinta pars ♪ si in horosc. fuerit inuenta, turpes faciet, impuros, & ad omne libidinis uitium applicatos.

Sexta pars ♪ si in horoscop. fuerit inuenta, homines faciet qui tandem miserabiliter elephantici moriantur.

Septima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, curiosos faciet artifices, & quos artificij sui nobilitas commendet, regumque amicos. Cum maleuolarum autem stellarum testimonio, medici quoque in hac parte nascentur.

Octaua pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, praesente ♀, homines faciet qui maximae dignitatis insignia consequantur. Quod si ☽ bene fuerit collocata, multa agentes, omnia faciet negotiationis officia tractare: alios quoque publicis uectigalibus faciet esse praefectos.

Nona pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, praesente ♂, homines faciet in prima aetate deficere. Si uero ♀ testimonium perhibuerit, sceneratores faciet, & diuites, sed qui pecuniarum suarum causa moriantur.

Decima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, mœchos faciet, sed cum amabili gratia uenustratis, qui tamen amicorum suorum uxores præpostera amoris cupiditate corrumpant. Verum nunquam in isto facinore deprehensi publicantur, sed ijs potius, ex aliquo artificio, maxima uitæ subsidia conferentur. Vxores tamen etiam ipsis adulterio corruptas sortientur: ac tandem in ultimo aetatis fine morte repentina deficent.

Vndecima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet bractearios, inauratores, & qui talia exerceant.

Duodecima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, magnæ virtutis faciet athletam, sed qui biothanatus moriatur.

Decima tertia pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, praesente ♂ tales faciet, qui propter lucrum, ad omne facinus crudelitatis accedant. Sic enim erunt Marli, uenena uendentes, & qui serpentes sopitis uenenorum aculeis, nutriant, per quos multi etiam moriantur. erunt quoque periuri, libidinum adulteratores, sed qui tenui uoce carminum modos dulciter dicant, ac omnes ut plurimum facta similitudine decipient, ore putri, clamosi, & qui neque de uxoribus, neque de filiis, aliqua gaudia consequantur. Erunt præterea in aetatis processu pedibus claudicantes, & qui de commercijs, uel de publico, uitæ subsidia consequantur.

Decima quarta pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, & praesente, uel ♀, diuites faciet, ac rerum ministros, quibus semper aliqua tuitio creditur, quique in populo suo principalium uirorum officia pertractent. Erunt tamen negligentes, & qui plurimis coniuuijs gaudeant. Quod si ☽ in isto loco fuerit inuentus, ex domestica commendatione prouecti, ad regum amicitias peruenient.

Decima quinta pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet nanos, gibbosos, deformes, atque ridiculos.

Decima sexta pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, homines gibbosos faciet, & qui sex digitos in manibus habeant.

In coniunctione spinæ & collis ♂, qui natifuerint, & praesente, ac ☽ testimonium perhibete, & bona radiatione coniuncta, nobiles erunt, ac nobilium filiorum parentes, regum amici ac principum, polychroni quoque, sed qui biothanati moriatur.

Decima septima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, praesentibus in eadem parte uel signo, ♂, ♀ & ☽, uxorum faciet interfectores, sed qui publica animaduersione plectantur.

Decima octaua pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, ☽ praesente, scribas faciet, regilib. semper officijs deputatos: sed hi à bestijs consumpti, in locis humidis morientur.

Decima nona pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, tabelliones faciet, forensibus semper studijs applicatos.

Vicesima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, nobiles faciet, ac regum amicos, & quibus multa ex imperatorum largitionibus conferantur, amabiles populo, & qui medio critatis spacio multa dignitatis insignia consequantur. Erunt autem faciles ad indignandū, & qui indignationes suas cum maximo potestatis impetu prosequantur: sed ex fratrū casibus infortunia percipient, morte tamē propria moriētur.

Vicesima prima pars ♂ si in horosc. fuerit inuenta, languidos faciet, & animo & sensibus, & qui frequenter insaniant.

Vicesima secunda pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui crudeliter à bestijs lacerati, morientur.

Vicesima tertia pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, pantomimos faciet, & scenicos, sed gratia uenustatis ornatos.

Vicesima quarta pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, iustos faciet, potentes, & qui de aliorum sententijs iudicia ferant, regum amicos, sed qui ex filiorum infortunijs maxima doloris & angustiae incommoda consequantur.

Vicesima quinta pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, tyrannos faciet crudeles, ad omne facinus armatos, periculosos, & temerarios, & quibus semper mors populi ac multitudinis manibus in seditione feratur.

Vicesima sexta pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, homines rusticos faciet, & qui tantum ex sylvis uictum aucupentur.

Vicesima septima pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet debiles, aduersariꝫ sapientia ueletudine impeditos.

Vicesima octaua pars ꝑ si in horosc. fuerit inuenta, diuites & locupletes, sed foedo auraritiæ criminè detentos.

Vicesima nonapars ꝑ si in horoscopo fuerit inuenta, laetos faciet, hilares, atq; iucundos, & qui nulla penitus aduersitate frangantur.

Tricesima pars Capricorni ꝑ si in horoscopo fuerit inuenta, homines faciet lenitos ac pigros, & qui nunquam incepta perficiant.

PARTIVM ≈ MYRIOGENESIS.

Cap. XXI X.

Prima pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, præsentibus ℗ & Ḧ, uel horosc. trigonica radiatione respicientibus, ac ♀ bene collocata, reges magnos faciet, & gloriosos, polychronios quoq; ac omnium terrarum circulum possidentes, & quibus maxima in processu temporis potentia decernatur, sed iij tamen in aqua peribunt.

Secunda pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, artifices artium faciet, quæ ad ordinatum uel picturam pertinent: sed iij superstítibus filijs, propria morte moriētur.

Tertia pars Aquarij ꝑ si in horoscopo fuerit inuenta, ℗ præsente, uel horosc. quacunq; radiatione respiciēte, magnos faciet, ac potentes, et multis terras possidentes, sed qui patrimonij sui iacturam faciant: ueruntamen proprijs uiribus maxima consequentur subsidia facultatum. Ii quoq; gentem suam debellabunt, & erunt ad omne crudelitatis facinus adiuncti, & qui multorum hominum stragibus gaudeant. Habebunt quoq; ex ancillis filios, sed hos immatura perdent ætate. erūt autem ab omni tristitia separati, omnibus displicebūt, omnibus detrahent, ita ut ex ista causa, omnes eum amici uitent. Erunt præterea edaces, multum cibum sumētes, sed multum agri possidentes, & in processu temporis multa potentiae insignia consequētes. Sed cum fuerint limen senectutis ingressi, iam superioribus laboribus debilitato corpore, agros colent.

Quarta pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, deorum cultores faciet, de aliorum sententijs iudicia proferētes, sed tamen iij biothanata morte infeliciter peribunt.

Quinta pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, homines quidem tales faciet, qui laqueo uitam infaustē finiant.

Sexta pars ≈ si in horoscop. fuerit inuenta, aquas faciet haurientes, misero labore onere grauatos, seu nobiles athletas.

Septima pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, ac ♀ fuerit ei quacunq; radiatione coniuncta, longæuos faciet, diuites ac iustos, & qui maximè in senectute proficiant: sed iij tandem, superstítibus filijs, sua morte moriētur.

Octaua pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet aduerso fortune decreto seipso non possidentes.

Nona pars ≈ si in horosc. fuerit inuenta, structores faciet, architectos, sculptores, & talia opera exercentes.

Decima pars ≈ si in horosc. fuerit inuēta, et ♂ ei fuerit quacunq; radiatione coniunctus,

iunctus, balneatores faciet ac mediaстinos, sed in prima ætate positi morientur.

Vndecima pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in aquosis uel humidis locis infauste moriantur. in uertice Vrnæ qui natifuerint, medici erunt. Si uero fuerit ei H quacunq; radiatione coniunctus, pollinctorum erunt & funerarij, ac uespillones, quibus mortuorum sepulturae officia credantur.

Duodecima pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, piscatores faciet, qui solum ex mari uitæ suæ subsidia consequantur.

Decima tertia pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, hortorum cultores faciet, uel cloacarum mundatores. Si uero ♂ ei testimonium perhibuerit, balneatores efficiet. Si autem H, aquarum reddet haustores, & qui ex tali artificio uiuant.

Decima quarta pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ ei testimonium perhibente, uiatores faciet, uel nautas, sed qui omnis laboris onere prægrauati, uitam miseram ducant.

Decima quinta pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, cinædos faciet, impudentes, sed qui hoc libidinis uitium latenter exerceant.

Decima sexta pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui potissimum ex igne laborata opera conficiant.

Decima septima pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, & ei ♂ fuerit quacunq; radiatione coniunctus, hasta faciet laceratos interire.

Decima octaua pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui pulmonis dolore cum graui ægritudine laborabunt.

Decima nona pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in alios tandem potestatem aliquam consequantur.

Vicesima pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, hydropicos faciet, qui uentris tumiditate correpti, hac ex causa moriantur.

Vicesima prima pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet, bracteos, inauratores, & talia exercentes.

Vicesima secunda pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet formosafacie & corpore gratos, sed in prima ætate morituros.

Vicesima tertia pars ≡ si in horoscop. fuerit inuenta, pigmentarios faciet, sed diuites, & quibus ex tali arte lucra proueniant.

Vicesima quarta pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, et ei fuerit ♀ quacunq; radiatione coiunctus, formosos faciet, & magno corpore gratos, et amabiles. Si uero ei ♀ fuerit quacunq; radiatione coiuncta, regis amicos faciet, corporis pulchritudine gratos, et felices: sed qui in prima ætate constituti, naturæ legib. satisficiant.

Vicesima quinta pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, steriles faciet, ac sine filijs, erraticos semper, atq; amorum cupiditatibus æstuantes, in quibus omnem cogitationem exponent.

Vicesima sexta pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui ex herbis, uel terræ cultura, uite subsidia consequantur: sed hi perpetuis laboribus oppressi, longæui erunt, & impræstabilis.

Vicesima septima pars ≡ si in horoscop. fuerit inuenta, hierodulos faciet, & templorum seruos, atq; in sacrorum cæmonijs hymnos dicentes.

Vicesima octaua pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, podagricos faciet, qui per dum tumore confessi, semper doleant.

Vicesima nona pars ≡ si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, uel ei quacunque radiatione coniuncto, homines faciet de alto proiectos claudicare. Si uero hunc locum H respexerit, ex hoc infortunio infelicissime morientur.

Tricesima pars Aquarij si in horosc. fuerit inuenta, & ei H cum ♈ appositus, quacunq; fuerit radiatione coiunctus, nobiles faciet, & longæuos, quibus etiam in processu temporis omnia felicitatis insignia conferantur. Quidam etiam negociandi causa pelagus grande transibunt. Sed erunt iij sanè sine filijs, ac priuignos suos in loco filiorum habentes. Extra autem ≡ partes istas, cum ipso signo exoritur falx, lupus, lepus, ≡ minor, & ara,

In falce qui nati fuerint, aratores erunt, qui agros colentes, multas frumentorum copias legant.

In ore lupi qui nati fuerint, saltatores erunt: sed Marte attestante, miserabiliter à canibus comedentur.

In ipso lupo qui nati fuerint, fraudulenti erunt, fures, crudeles, homicidæ, qui suos & extraneos crudeli feritatis atrocitate percutiant: sed ijs biotbanati morientes, etiam in sepulti belluis relinquentur.

In sinistro pede lupi, attestante ♂, qui nati fuerint, à latronibus percussi, pedes grauiter laxabunt.

In dextro pede lupi qui nati fuerint, phrenetici effecti, in primo ætatis tempore morientur.

In capite minoris ≈ qui nati fuerint, per deserta loca multum errabunt, & in eis conuersabuntur: ac forte quidam aucupij exercitio scrabuntur.

In dextra minoris ≈ qui nati fuerint, equorum magistri erunt. Si uero beneuo læstellæ testimonium perhibuerint, aurigæ uel muliones regis efficiuntur.

In uentre minoris ≈ qui nati fuerint, cultores erunt hortorum, fœneratores, et laboriosi, sed biothanati.

In dextro pede minoris ≈ qui nati fuerint, in locis aquosis humidisq; infelicitate morientur.

In ara qui nati fuerint, de sacrificijs uitæ subsidia consequentur: sed tamen exustiigne peribunt.

In aquæ effusione qui nati fuerint, à prima ætate diuites erunt, & multorum bonorum possessores, sed patrimonii paternum uaria profusione dilapidabunt. Erunt autem liberales, sed ijs multi erunt frequenter ingrati. In ætatis tamen processu, maxima & patrimonij & dignitatis augmenta consequentur, ac inimicos suos sibi uidebunt omnifariam subiugatos.

In lepore qui nati fuerint, pauperes erunt, infelices, timidi, atq; uagantes, suosq; labores frustrâ nitentes.

PARTIVM QVÆ IN X SVNT MYRIO.
genesis. Cap. XXX.

Prima pars X si in horosc. fuerit inuenta, curiosos faciet, compositos, atq; exegregijs facultatibus uitæ subsidia consequentes, qui ex sororum uel affini-um conscriptione filios suscipiant, incestuoso coitu conquisitos.

Secunda pars Piscium si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet stridentis animi, suspiciosos, atq; zelotypos.

Tertia pars X si in horosc. fuerit inuenta, impuris faciet libidinū uitijis implicatos, ac meretricio squallore pollutos, quorū uita publica semper uexet infamia.

Quata pars Pisciū si in horosc. fuerit inuenta, effeminatis faciet moribus cinaedos: mulieres uero faciet pudore suū passiuā libidinis nudatione prostituere.

Quinta pars Piscium si in horosc. fuerit inuenta, & ei♂ & ♀ fuerint quacunq; radiatione coniuncti, diuites faciet, nobiles, longæuos, qui ex arte aliqua uitæ subsidia consequantur. Hi quoq; regibus insinuabuntur, ac bona senectute proiecti filijs superstitibus bene morientur.

Sexta pars Piscium si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui à bestijs crudeliter lacerati moriantur.

Septima pars Piscium si in horosc. fuerit inuenta, ♂ præsente, aut à bestijs in terra, aut à X in aqua faciet lacerari.

Octaua pars X si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♀ & ♂, religiosos faciet, iustos, longæuos, ac literarum officia tractantes, regibus notos, & eorum scribas, qui filijs superstitibus in ultima ætate morientur.

Nona pars X si in horosc. fuerit inuenta, idem decernit, quod in octaua superiori diximus decerni.

Decima pars X si in horosc. fuerit inuenta, bene posita, & ibi præsente, grādes faciet,

faciet, potentes ac omnibus notos, regibus coniunctos, multasq; terras peragrantes, ac grande pelagus nauigaturos. Hi etiam Liburnis præponentur, ac natale committetur imperium. eruntq; in pugna uictores & superiores. Habebunt quoq; maximum amoris & gratiae meritum. erunt iusti, & religiosi, sed circa mulieres concubitus semper impatientes, magna tamen præstantes, & omnia impetrantes: sed regis dolo aut ira biothanati morientur.

Vndeclima pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, qui in desertis locis à bestijs lacerati, naturam perdent: aut in humidis terris, in prima ætate, & sine filijs, uel hereditibus, biothanati morientur.

Duodecima pars X si in horosc. fuerit inuenta, pescatores faciet: sed phrenetici, & in prima ætate morituros.

Decima tertia pars X si in horosc. fuerit inuenta, præsente ♀ & Ζ, diuites faciet & nobiles, ex aliqua arte uitæ substantiam consequentes. Si uero ♀ ei quaenq; fuerit radiatione coniunctus, negotiatores faciet, uel pigmentarios: diuites tamen & felices, & qui superstibus filijs moriantur.

Decima quarta pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet, quibus maxima conferantur dignitatis insignia: sed ij in aquosis uel humidis locis, aut à piratis occidentur.

Decima quinta pars X si in horosc. fuerit inuenta, oī præsente, homines faciet qui per terrarum deserta uagentur, ac per incognita maria nauigent. hi enim semper laboribus torquebuntur, ac semper in nauibus uitam habebunt.

Decima sexta pars X si in horoscopo fuerit inuenta, diuites faciet, & longæuos, atq; in cæteris affinibus primos.

Decima septima pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines facit, qui carmina dulci modulatione decantent. Si uero oī in ipsa parte fuerit inuentus, hi laqueo se suspendent.

Decima octava pars X si in horosc. fuerit inuenta, audaces, faciet, & multum cibum sumentes, sed ualestinarios.

Decima nona pars X si in horosc. fuerit inuenta, oratores faciet, & aduocatos, docti sermonis affluëtia perspicuos. Quod si ei beneuola stella testimonium accordanit, erunt in domo regia, multa imperantes, ac multa uerecundia & morum gravitate atque honesta conuersatione semper ornati, ab omnibusq; dilecti.

Vicesima pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet per multas gentes errantes: sed si oī ei testimonium perhibuerit, erunt in prima ætate captivi & serui.

Vicesima prima pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet homicidas, & qui facilis ad rixas moueantur.

Vicesima secunda pars X si in horosc. fuerit inuenta, impudicos faciet, ac omni quidem fœdæ ueneris genere inquinatos.

Vicesima tertia pars X si in horoscop. fuerit inuenta, aucupes faciet, & qui ex auibus tantum uitæ substantiam consequantur.

Vicesima quarta pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet qui in mari nauigantes, uitam ibi finiant.

Vicesima quinta pars Piscium si in horosc. fuerit inuenta, aurifices faciet, calatores, pictores, & qui ex ijs artibus alantur.

Vicesima sexta pars X si in horosc. fuerit inuenta, oī & ḥ testimonium perhibentibus, balneatores faciet, mediaстinos, nauticos quoque, & quibus organicae machinationis officia credantur: sed infelices, & biothanatos.

Vicesima septima pars X si in horosc. fuerit inuenta, fugitiuos faciet, per multas terras errantes, sed qui spina percussi pereant.

Vicesima octava pars X si in horoscop. fuerit inuenta, oī præsente, humiles faciet, in humidis & aquosis locis à bestijs lacerari.

Vicesima nona pars X si in horosc. fuerit inuenta, si Ζ & ♀ in ipsa parte fuerint collocati, & sit bene posita, nobiles faciet ac diuites, qui per omnem uitam suam feliciter uiuentes, sua tandem morte deficiant.

Tricesima pars X si in horosc. fuerit inuenta, homines faciet in mari uitā habentes, & qui semper laboriosis actibus implicati, uitam summo cum sudore ducant.

In extrema X cauda, hoc est in linea quae diuidit X & Y, & præsente, qui nati fuerint, apocopí erunt, & abscisi. In X septentrionali, oritur cerus, & lepus. In australi autem oritur cetus marina bellua.

In cornibus cerui qui nati fuerint, & præsente, armorum prepositi erunt, exercitusq; duces: qui peregrè pugnantes, in prælio tandem moriantur.

In ore cerui qui nati fuerint, Marsi erunt, qui serpentes inuestigent, atq; comprehendant, sed biothanati.

In pedibus cerui qui nati fuerint, plurimum uagantes, biothanata tandem morte deficient.

In lepore qui nati fuerint, gubernatores erunt periti, quibus nauium gubernacula credantur.

In cauda ceti, Marte præsente, qui nati fuerint, à bestijs lacerati, crudeli morte uitam amittent.

In durabus partibus ceti, præsente ♀ & ♀, qui nati fuerint, uiris potentibus subfacebunt: & inde proficientes, uitæ consequentur augmenta. Alij autem serui erunt: sed ad grandem dignitatem, honesto ac liberali seruitutis merito, patronum indulgentia deducentur.

In tribus partibus ceti qui nati fuerint, nauigabunt, ac plurimas terras circumdabunt. Quod si & in ipsa parte fuerit inuentus, à piratis interfecti morientur.

S P H A E R A E B A R B A R I C A E T E R T I A A P O - telesmata. Cap. XXI.

IN plurimis signis claras esse stellas, & regia luminis maiestate fulgentes, in sexto diximus libro. Quid itaque in istis partibus, in quibus claræ inueniuntur stellæ, decernat horosc. quemadmodum in eodem sexto libro de ♂ diximus, nunc explicare curabo similiter.

In undecima parte ♀ clarum ostenditur sidus, in quo qui nati fuerint, & præsente, uel ei trigonica radiatione coniuncto, duces magni erunt, ac potentes, & regum amici, multam & grandem terram possidentes, ac honesto famæ testimonio subleuati, & qui morte propria moriantur.

In cornibus Tauri, hoc est, in xxx eius parte, clara est stella, in qua qui nati fuerint, reges erunt, aut ductores.

In dextro cornu ♀ qui nati fuerint, magni erunt principes, quibus nauale & pedestre committatur imperium, terribiles, laboriosi, ac multas ciuitates à bellorum obsidionibus liberantes. Hi unici nati sine liberis erunt, quibus publici tituli, imagines, ac statuae decernantur: sed postea regum offensione morientur. In qua autem ♀ stella haec eadem decernantur, sextus iam tibi liber noster ostendit.

In Leonis parte secunda, stella limpida reperitur, in qua qui nati fuerint, reges erunt potentes, duplex possidentes regnum: sed quibus, quotienscunq; ad eandem stellam h & & uenerit, totiens illata prælia concitentur.

In decima tertia partem est limpida stella, in qua, præsente ♂ & clara, qui nati fuerint, potentes erunt, magnas uitæ & necis habentes potestates, & quibus maxima pars committatur imperij.

In decima nona parte m est itidem limpida stella, in qua, præsente ♂ & bene collocata, qui nati fuerint, potentes erunt. Quod si ei & fuerit prospera radiatio ne coiunctus, regi proximi erunt, diuinos honores possidentes, præstantes, boni: sed negligentes aliquantis per, & quibus mors ex regis indignatione proueniat.

In uicesima secunda ♣ parte sunt aliqua limpide stelle, in quibus qui nati fuerint, & in ipso signo constituto, magni erunt, & potentes, ac multam terram possidentes, qui peditum atq; equitum exercitus ducant, quibusq; prælium nauale credatur. Erunt etiam in omnibus prælijs victores, barbaros subiugantes: ciuitates uero alias instaurabunt, alias euerterent.

Habebunt

Habebunt autem uxorem, in necessariis corporis partibus uitiatam: sed ipsi, filii superstitibus, in pugna fortiter dimicantes, morientur.

In parte tertia β est clara stella, in qua, in ipso etiā signo σ collocato, et λ bene posita, qui nati fuerint, magni erunt, & potentes, habentes maximā necis & uitae potestatē: sed crudeles erunt, & qui multis cedibus gaudeant, exercitus tamē duces erunt, ingeniosi, magnanimi, & audaces, sed qui tandem in bello moriātur.

In prima parte α est clara stella, in qua qui nati fuerint, ζ et η prospera radatione cōiunctis, ac λ bene posita, reges erunt magni, & gloriosi, religiosi quoq; iusti, & longæui: sed quibus etiam in præcedenti ætate cum summa gloria maximum potestatis conferatur imperium.

In decima parte χ est clara stella, in Australi scilicet pisce, in qua, præsente φ , qui nati fuerint, λ bene ordinata, magni erūt, & potentes, ac regib. noti, et qui multas terras peragrent, ac grande pelagus nauigent. His quoq; Liburneū et nauale cōmittetur imperium, eruntq; in prælijs uictores, & ab omnibus amati, iusti, religiosi: sed ad muliebres cōcubitus proni: præstantes tamē multa, ac potiora imperantes: qui tandem regis odio uel iracūdia damnati, moriantur. Hęc quidem de singularis partibus pronūciat sphæra barbarica, quam tibi apertissimè declarauimus,

GENE RALE TOTIVS OPERIS APO-
telesma. Cap. XXXII.

GEnituram integrè explicare non poteris, nisi fuerint omnia æquatis stellarum mixturi & traditionibus comparata: quod nos frequentissimè dixisse meministi. Cum enim ignitis sideribus, aliorum siderum fuerit frigus oppositum, & frigoris glacies igniti ardoris fuerit flagrantia temperata, mixtura hec par rationi efficietur. Omnia itaq; pro locorum ac stellarum potestatibus colligenda sunt, patitur enim iacturam potestatis suæ stella, cum in deiectis locis, uel humilitatibus suis fuerit collocata, gaudet autem (ut frequenter diximus) principe in loco, in altitudine sua posita, secundo in finibus. Cum igitur omnia fuerint ita partili ratione collecta, totum debemus geniturae corpus inspicere, ut facta hominum ex omnium stellarum potestatibus colligentes, quicquid decretum fuerit, ueris possimus explicare sententijs.

TOTIVS OPERIS SUPERIORIS
peroratio. Cap. XXXIII.

Accipe itaq; Mavorti decus nostrum, quod tibi, cum summa tamen animi trepidatione, promisiimus, septem scilicet hos libros, ad septem stellarū ordinem numerumq; compositos. Nam primus liber solum patrocinii defensionis accepit: in cæteris uero libris, Romanis hominibus noui operis tradidimus disciplinam. Tu uero præcedenti admonitione conuentus, ac religiosa iurisiurandi auctoritate cōmonitus, hos libros puro animo, puraque mente custodi, ne impeditis & sacrilegis auribus scientia istius operis intimetur. Celari enim & abscondi plurimis tegumentis natura diuinitatis ab initio uoluit, ne omnibus facilis esset accessu, ne uero cūctis patefacta maiestatis suæ origine, panderetur. Hoc etiam nos in his libris facere conueniet, ut scilicet eorum lectio religiosis tantum pateat, profanis autem semper & sacrilegis denegetur, ne ueterum occultanda cōmenta, nefariis quodāmodo editionib. polluamus. Quapropter hęc filiis tuis tantum trade, quos à prima ætate, ad omne uirtutis officiū instituisti: tuis quoq; trade amicos, quos tibi fida amoris necessitudo cōiunxit, quosq; scis tuę uirtutis exempla secessari. Horū aut librorum artificium nos tibi soli edidisse sufficiat, quos tibi mandamus, tibi credimus, tibi cōsecramus. Tu uerus interpres, tu fidus custos, tureligiosus antistes, tu solus uirtutū tuarum merito id ornare poteris, quod nos per uigili cura atque animi pariter et corporis labore, cum maxima etiam solicitudine ac trepidatione perficimus.

IVLII MATERNI IVNIORIS SICVL V.

C. AD MAVORTIVM LOLLIANVM

Proconf. librorum Mathefeos

Finis.



C L. PTOLOMÆI PHELVDIENSIS

ALEXANDRINI QVADRIPARTITVM.

PRO OLEMIVM.

RE RVM, lesure in quibus est pronosticabilis scientiae, stellarum perfectio, magnas & præcipuas duas esse deprehendimus. Quarum altera quæ præcedit, & est fortior, est scientia solis & lunæ, nec non quinque stellarum erraticarum figuræ demonstrans, quas suorum motuum causa, & unius ad aliam, eorumque ad terram collatione contingere manifestum est. Altera uero, est scientia qua explanantur mutationes & opera quæ accidunt, & complementur propter figuræ circuitus earum naturales eis in rebus quas circundant. Sed quoniam duarum prædictarum prima quidem est scientia per se, alteraque incommixta, oportet ut scientiae perscrutator eam sui causa perquirat, & addiscat, & hic fructum accipiat, licet secundam non addiscat scientiam. Quoniam igitur hoc ita se habere manifestum est, iam primæ per se scientie tibi à nobis peractum est uolumen, in quo pro posse nostro rationabiliter processimus. In hoc libro secundam scientiam, per se nequaquam explicabilem, prout ratio physica postulat, explanabimus. Oportet autem eius inuestigatorem hanc intentionem exequi, ut in ea recto tramite uiacque ueraci procedat. Modum tamen ad hanc perueniendi scientiam, modo quo ad alteram peruenitur, quæ semper unius eiusdemque modi est, assimilare non uelit: hanc etenim postponet & abnegabit scientiam, si assimilet. Brevis enim mora accidentium materiei, in qua haec uersatur scientia, est huius scientiae secundæ mutationis occasio. Hæc namque materia nunquam in eodem statu perseverat: ideo perfectam istius scientiae cognitionem grauiter quis attingit. Ob hoc tamen à nullo pigritia causa postponenda est, quin ex ea sciri quod possibile est, scire nitatur. Planum quidem est illud quod nos ambit, plurimum accidentium & mutationum, in hoc mundo contingentium, occasionem existere. Quoniam autem multorum est ad inuestigandum difficultia uilipendere, quidam mentis cæcitate animique imperitia, primam scientiae partem accusantes postponebant, quidam uero secundam. Occasio quidem illos ad hæc ita distrahens forsitan hæc est. Quoniam uel sunt, ut quidam, qui quod præ difficultate nimia scire nequeunt, alios sciere posse nequaquam extimant: uel forsan, uelut hi qui licet scire ualeant, repudiunt, eo quod leuiter à memoria diffluat. His itaque de causis hanc uilipendentes scientiam, pro nihilo reputabant. Nos uero prius quam huius scientiae particula manifestemus, breuiter probare nitemur, quid in hac habetur, quidque sciri potest de pronosticationis scientia, quis ue sequatur fructus. & ex his duobus incipiemus explanare, quantum sit, ad quod ex hac scientia pertingere possumus.

RATIO PERVENIENDI AD PRONOSTI- candi scientiam. Cap. II.

VIm aliquā in materia alathir existere, quæ ad terrenas usque perueniens, eas mutare compellat, imò cogat, easdemque res, item naturaliter mutabilitatem suscipere, ex duabus primis materiebus lunari circulo suppositis, quæ sunt ignis & aëris, quas motus alathir circundat & mutat, ipsaque cætera, aquam scilicet & terram, eorumque singula vegetabilia circundat, suisque mutationibus mutant, nulli dubium esse credimus, eo quod sol & aëris in terrenis omnibus operantur. Et quod non solum certe ex quatuor anni temporibus alterationes adueniunt, uelut in animantium conceptionibus, arborum fructibus, aquarum excessibus, corporumque mutationibus, sed etiam ex diurna uolubilitate in qua quotidie continetur. Ob hanc etenim uolubilitatem terra calescit & infrigidatur, desiccatur & humectatur uno eodemque modo, propter consimiles in specie figuræ, quæ formantur secundum eorum loca à zenith nostrorum capitum. A luna quoque similiter, quia terræ propinquior est, magna nobis uis attribuitur, qua multis

A

animatis



animatis & inanimatis mutationes conferuntur. Excessus nanc̄ riuorum & de-
 crementa, secundum lunæ diminutionem & augmentū eueniunt. Maria quoq;
 in eius ortu & occasu alterantur. Vegetabilia item & animata in toto uel in par-
 te ipsius augmentatione uel diminutione, clementum & decrementum inēunt. Erra-
 ticarum quoq; stellarum atq; fixarum circumuolutio, calores & uentos ac niues
 in aëre nos ambiente, multis modis efficit. Quapropter secundum illius com-
 plexionem, rebus terræ superpositis alterationes accidunt. Et secundum eorum
 figuras adiuicem, quas ex sua coniunctione suarūmque fortitudinum com-
 mixtione suscipiunt, uariæ rerum mutationes contingunt. Præter quod solis effi-
 cacia semper in rerum uariationibus ordinatim incedentibus præualet cæteris.
 Aliæ uero illum quandoq; iuuant, & nonnunquam impediunt, quod in luna
 contingit euidentius atq; frequentius, uelut in coniunctione & dicothomitate
 ac plenilunio. In alijs uero stellis euenit in temporis prolixioris circuitione &
 occultiore significatione, secundum quod est in horis occultationis & appar-
 tionis earum, atq; declinatione sua uersus quamlibet latitudinem. Quoniam igi-
 tur ita se stellarum opus habet, necesse est ut quod suis operantur motibus, non
stellarum uis solum in manifestis appareat, uerum etiam in principio ortus seminum & fru-
 ctuum, ut formæ earumq; modi secundum aeris qualitates in ipsa hora designen-
 tur. Inde est quod per plura experti sunt agricultores, ac pecorum custodes, in ho-
 ra coitus animalium, seminumq; profectionis quod inde futurum sit, per uento-
 rum fatus deprehendunt. Generaliter etiam cognoscimus, quod res uniuersa-
 les, quæ per solis & lunæ, nec non stellarum figuræ declarantur, planæ sunt &
 apertæ. Huius etenim artis expertores eorum pronosticationes solis frequen-
 ter experimentis agnoscent. Illi quoque stellarum effectus, qui maximis uiribus
 accidunt, & qui naturaliter euenire consueuerunt, ab imperitis, imò etiam & ali-
 quibus animalium pronosticantur. Quamplurima nanque animalia temporum
 anni uariationes, uentorumq; mutationes, qui aulia uocantur, significare uide-
 mus. Quod quia harum significationum occasio frequentius est solis, conting-
 re non dubitamus. Ea uero quæ minoribus accidunt uiribus, non nisi à frequenter
 expertis pronosticantur: uelut à nautis induitæ mutationes hyemalis aëris, &
 longioris temporis uentus. Hæc autem per lunæ, fixarūmque stellarum cum sole
 figuræ euenire, manifestum est. At quia stellarum loca, rerumq; predicatorum ho-
 ras, & erraticarum stellarum motus, qui plurimū prefatorum iuuant scientiam
 ignorauere, multotiens in hac scientia decepti sunt. Quod cum ita sit, si quis om-
 nium stellarum, & solis lunæq; motus notitiā habuerit, ita ut loca & horas, in qui-
 bus earum figuræ formantur, ueraciter agnoscat, suarumq; etiam naturarū, quas
 per multorum experimenta temporum díicerit, non obliuiscatur, licet earum sub-
 stantiales naturas nesciuerit, sed quos operantur effectus agnouerit: ut solem ca-
 lefacere, lunā humectare, & in cæteris similiter: fueritq; fortis ad hoc sciendū mo-
 do naturali, & in horū commixtione significationis modum bona deprehende-
 rit extimatione. Quid eum enim prohibere poterit, quin ita semper agnoscat fu-
 turas aëris mutationes, ut eum nunc calidiorē, nunc humidiorē fore prædicat.
 Poterit item per aëris qualitates omnium hominū naturarum qualitates depre-
 hendere, sic ut corporis animæq; qualitates, ita & ita euenire dignoscet, & futura
 earum in certis horis accedenda deprehendat. Quinetiam cum aër ambiens, cor-
 porumq; natura sic & & sic se habuerit, saluti corporumq; melior actioni con-
 ueniens esse pronoesticabit: cum' que contrarium fuerit, iudicabit contrarium. Ex
 prædictis igitur eorumq; similibus ad hoc opus nos peruenire posse manife-
 stum est. Qui hanc scientiam culpandam & postponendam esse dixerit, licet
 friuolas, aliquas tamen occasiones habuerunt. Quarum prima est eorum ma-
 gna deceptio, qui hanc auctoritate non attendunt scientiam, cum eam inspicere
 grandis sit industria multis modis. ideoq; complures opinati sunt fortuitu con-
 tingere, cum hæc scientia uera fuerit. Hæc autem horum occasio inconueniens
 est, eo quod hæc deceptio non huius artis debilitate, sed insipientium temeri-
 tate

tate contingit. Occasio uero secunda est hæc. Sunt quamplurimi, qui ut multa lucrificarent, alterius doctrinæ pronosticationem habentes, eam huic ascripsere scientiæ: à quibus multi decepti, ad hanc impellebantur opinionem, ut uero huius scientiæ multa prædicerent, ita ut in opinando eius naturæ modum excederent. Quapropter hoc eorum opus multorum fuit occasio, ut non solum quod ex ea nesciri potest, uerum etiam quod scibile est, uilipenderent: hæc item occasio, uelut & prima inconueniens est: non enim propter stultorum ignauiam uilipendenda est philosophia. Planum est etiam, scientiarum scrutatores bonos & accuratos quandoq; non propter prædictas occasionses decipi, sed propter eiusdem rei naturam, suamq; debilitatem: quoniam rem huic scientiæ debitam attin gere nequeunt. Accidit item generaliter, quod ad nullam qualitatem istius materiei scientiam ueraciter, sed opinabiliter peruenimus: maxime autem ad id quod ex multis dissimilibusq; rebus colligitur. Contingit etiam cum hoc, quod erraticarum stellarum figuræ in antiquis formatæ temporibus sunt, ille per quas nostrorum temporum figuræ, quæ eis assimilantur, consideramus: & super eorum effectus, id quod præscæ auctoritatis uiri, rerum inspectores per suorum temporum figuræ deprehenderunt, iudicamus, quæ nostris forsan figuris multum uel parum, propter longas earum circuitiones, assimilantur. Quod autem hæ figuræ prorsus eis assimilantur, ita ut quæ in cœlis & quæ in terris sunt, ad id quod tunc fuerant, reuertantur, nequaquam est possibile: nec ab aliquo dici poterit, nisi qui stulte deridendo, perfectè se id scire confiteatur, quod à nullo unquam perfectè sciri potuit: uel qui se ad id peruenisse dicat, ad cuius peruentum nullius mortalis uita sufficit. His etiam occasionibus per quasdam horas in iudiciorum pronosticatione fallimur, quoniam exemplaria per quæ addiscimus, his quibus iudicamus, non assimilantur. Nam cum aëris accidentia in aëre perscrutamur, ob hoc nobis repertū difficultia sunt, quoniam occasionum quæ sunt in aere, grauis est inuentio: & si quæ per cœlestia fuerint occasionses deprehendimus. Cumq; super hominum nativitatibus loquimur, secundum collectiones virium, rerum multas & non fruiolas in hoc percipimus occasionses, quæ etiam perse res uariare compellunt. Seminum namq; differentiæ, mutationum qualitates multum iuvant: quia cum regio quælibet, eiusdemq; regionis aër, unius eiusdemq; sit modi, unaq; seminum differentia, ad suæ speciei competentem formandam imaginem uires obtinet, uelut hominis & equi, cæterarumq; bestiarum semen. Ortuum item loca res magna conuertunt mutatione. Cum semina etenim unius fuerint speciei differentiæ, uelut hominum semen, & aëreum item, qualitates eadem extiterint, multas ac magnas in corpore & anima qualitates differentes sortientur, nascentes secundum regionum in quibus nascuntur differentias. Tibi quoque, atq; mores diuersi eorum indiuïduas alterationes futuras utcunque iuuabunt. At cum omnia nequaquam occasionibus quæ in aëre se concordauerint, licet magna sit uis aëris, quæ inesse harum rerum secundum quod sunt, grandis est magni iuuamini occasio, si ab eis non iuuantur hi, qui per superiorum solummodo motus pronosticantur: & qui per eos tantum, id quod perfectè scire nequeunt, inuestigant quandoq; fallenter. Quoniam igitur hoc ita est, non quia quandoq; in ea fallimur, tota uilipendenda est & destruenda hæc scientia: sicut nauarum solertia, qui nauigando frequenter errant, à nobis nec uilipenditur, nec repudiatur: sed in ea magis attenti atq; solliciti manere debemus. Pollicentur namq; nobis ardua atq; inestimabilia: & id etiam, quod ex ea attendere possibile est, non dubitemus. Item non conuenit, ut per eam omnia, sed solum inuestigando inuestigemus. Necessariū quoq; dícimus, ut earum materias deprehendamus, nec quod non est idoneum interponamus. Sicut etenim medicos cum infirmatum occasionses, infirmorum qualitas querunt, non reprehendimus: sic nobis molestum esse non debet, materias & regiones, cibosq; & omnia quæ præterita sunt accidentia inuestigare.

QValiter stellarum pronosticationes deprehendantur, & quod ea solummodo accidentia, quae corpori globum terrae circundanti, & quae horum occasione hominibus accidunt, innotescant, & quod haec hominum accidentia corpori & animae, eorumque viribus, nec non & operibus, quae a primis usque ad extre mos operati sunt annos, sint pertinentia, & quae sint quae extrinsecus accidunt, quae praedictis naturaliter & inevitabiliter adhaerent, uelut quedam amoris connexio quae est inter corpus & substantiam, nec non & eius lociam: & ut connexio quae interest animae, eiusque progeniei atque dominio, quantumcumque ex eis in ceteris continget horis, generaliter probatum est. Nunc autem promissorum residuum indicabimus, quod est, huius utilitatem operis breuiter inuestigare. Sed modum intentionemque sciendi quantitates istius scientiae, fructus prius enodare proposuimus. Dicemus namque, quoniam si huius utilitatis quantitatem quae ad animam pertinet, considerare uelimus, deprehendemus nihil esse, a quo esse alacritatesque animae tantam meliorationem assumant. Universaliterque dicimus, nihil esse in quo tantum lucretur anima, sicut in huius scientiae pronosticatione. Per ipsam etenim ad diuinarum humanarumque rerum notitiam peruenimus. Corporis item utilitas, quoniam ad ea quae cuique complexione copetunt, peruenire nequimus, nisi per huius operis cognitionem. In diuitijs autem & dignitatibus, ac in his similibus, id dicere possumus, quod in tota philosophia consideramus. Non est enim philosophiae ex se, ut ad praedictorum lucrum aliquod quenquam adducat: nec tamen est idoneum, ut ab hominibus inculpetur. Similiter itaque nec propter hanc occasionem inculpanda est haec scientia, nec ipsius magna postponenda sunt utilitates. Generaliter etiam rationes hanc inculpantium scientiam, eamque nullius utilitatis esse dicentium, animaduertentibus patebit, eos haec non ueraciter protulisse. Eorum namque stulta deliberatio ad hoc erat proclivior, ut rerum inevitabiliter contingentium pronosticationes superflua & inutiles esse dicerent. Ad haec eorum uerba sunt dissoluta, aspectu subtili, idoneaque cognitione parentia. Primum namque scire debemus, quod res necessariò contingentes, cum alicubi contigerint, nisi prae timeantur, multum ei fortasse nocebunt: & adeò quod sensum & memoriam auferent, aut tantum gaudij uel tristitia conferent, quod idem euenerit. Pronosticatio uero animam applicat, & attrahit ad rerum adhuc longinquarum frequentes memorias, ita quod eas iam pro constanti atque pro praesenti habeat, & plane suauiterque eam ad cuiuscumque rei futurae receptionem coaptat. Rursus non est extimandum, quod superiora super sua significata procedant inevitabiliter, uelut ea quae a diuina dispositione contingunt, & quae nullatenus sunt evitanda, nec non que ueraciter & ex necessitate proueniunt. Imò scire debemus, quod celestium vires fiunt dispositione diuina, que prohibere nequeunt, quin ueraciter eueniāt: & itē quod terrestrium uariatio naturali calle procedit, que uariantur, & primas rerum superiorū occassiones accidentaliter suscipiunt: & quod quedā etiam accidentiū generali nōumento, non ex alicuius rei proprietate contingunt hominibus, uelut in gradī mutatione aëris, a qua uix nobis praecauere possumus, multorum eueniunt hominū exitus, qui ex aëris excessu uel mortalitate aut submersione contingunt. Haec autē idcirco contingunt, quoniam magna & fortis occasio, breue atque debilem semper occasionē superat: & quod quedā accidentium, secundum naturales & proprias uniuscuiusque complexionis accidunt, qualibet mutatione sibi contraria. Quoniam haec igit̄ huiusmodi sunt, probatum est in rebus generalibus & individualibus, quod ea accidentia, quorū prima occasio fortior & maior est omnibus occasionibus, sibi contrarijs quomodo necessariò contingent. Sciendū est item, quod ea quae sic se non habent, cum contrariū eque forte receperint, leviter mutabuntur: quae uero haec non inuenientur, primas naturas imitabuntur. Quod pigritia & insipientia, non necessarijs viribus euenerit. Idē etiam in omnibus, quorū initia naturalia sunt, euenire uidentur, ut in naturis quorundam lapidum atque vegetabilium, nec non & uulnerum & apo-

& apostematū ac infirmitatū, quæ necessariò aliquid operātur, quorū quædam sunt ut id operētur, nisl ei ab aliquo contrario cōtradicatur. Similiter etiam conuenit omnibus in hac sciētia uerantibus, quæ hominibus accidūt, accidentia cōsiderare, ac in ipsis naturaliter pronosticari, & ut falsis non adhæreāt opinonib. cum quædā ideo euītari nequeāt, quod occasionū à quibus procedunt, quædam sunt multæ ac magna, quædā uero his contrariæ, alterationesq; suscipiūt: uelut medici quibus hominū infirmitates innotescūt, prædicūt, quæ earū sunt curabiles, quæ uero minime. In rebus quoq; quibus inesse potest alteratio, attendere debemus ex iudiciorū modis, id quod subiungā. Cum in cuiuslibet nativitate dixerit astrologus, quòd cū talis fuerit eius cōplexio, & sic se aëris habuerit mutatio, alterataq; fuerit tēperata cōplexio, secundū augmentū uel diminutionē talis prosequetur infirmitas, & uelut quandoq; dicet medicus qđ hæc infirmitas, uel hæc ulcera augmētabūt, & putrefient. Et similiter si quis rerum metallicarū naturas agnoscēs dicat quòd magnes ferrū attrahat, unūquodq; istorū si artificis ignauia eius nō aptetur cōtrariū, necessariò cōtinget, & secundū suę proprię naturæ uires procedet, & nō augmētabuntur, nec putrescēt ulcera, cū eis obuiauerit medicina. Nec itē lapis magnetis ferrū attrahet, si cū allijs ungatur. Hæc autē quæ predicta Magnetis sunt, nō prohibētur, nisl ab his quæ naturaliter sunt illis cōtraria, & secundum qđ natura. īā indicatū est: similiter etiā in illis rebus eueniet, quod, quæ cum hominibus accidūt, ignorabunū accidēta: uel cum sciēt, sed illis non obīciēt, cōtraria sequeuntur necessariò primus ordo naturæ. At si p̄sciantur, & qui illis mederi sciat, inueniatur, aut nullatenus uia naturali, & prius indicata cōtingent: uel si contigerit, in modico accidēt. Cumq; in rebus generalibus & indiuiduis est uis eadē, mirū est Generales procurab hominibus cōceditur, quod generaliū pronosticatio possit haberī, & quod noſticationes. ab eis p̄caueri possit. Sunt nāq; plurimi qui tēporum anni pronosticatiōes, stellarumq; fixarū nubes, ac figuræ concedunt, & circa eā multū uersantur, nec non & ab his quæ per eā futura sunt, sibi p̄cauēt, & quæ frigida sunt in æstate, in hys me uero quæ calida sunt reseruāt. Generaliter etiā eorū cōplexiones, temperatè cōplexiones nituntur allīcere. Itē cū ab infortunijs & accidētibus quæ in mari cōtingunt, sibi p̄cauere uolūt, stellarū fixarū nubes attendūt. In bestiarum quoq; conceptionibus, ac plantarum plantationibus Lunæ figuræ, quæ secundum sui luminiſ quantitatē formantur, obseruāt. & quid agam? Nemīnē uidimus qui hoc unq; denegaret, uel qui diceret eā nec proficere, nec esse posse. Quidam uero sunt qui ad indiuiduorū pronosticationes in propria cōplexione nemīnē posse Indiuiduorum. peruenire iudicāt: ut in augmēto, uel diminutione caloris uel frigoris, & similiter in propria cuiuscq; rei cōplexione. Opinantur etiā esse multa, à quibus nemo sibi p̄cauere possit. At si planū est, quod cū nostra nos in frigidamus corpora, ante caloris generalis aduentū, minus caloris nobis incumbat. Idē nos in rebus indiuiduis facere possumus, quæ calores augmentant, ut eas scilicet ad intemperiem conuertamus. Nisl quia huīus deceptionis occasio est indiuiduorū rerum grauis pronosticatio, & quia perpauci eā in usu habēt: adeo quòd ferē est occasio, ut alia nullatenus creantur. Res enim uires cōtrarietatis habentes, absq; rebus, per quartū uires pronosticamur, non leuiter inueniuntur, ideoq; in maiorī parte non repentiuntur perfectè. Quapropter cū naturæ primæ semper absq; prohibente sint uincētes, putauerunt quòd ipsæ facerent quicquid est ineuitabiliter, & ita quod prohiberi nequeat. Et ut mihi uidetur idē in ipsa eadem pronosticatione putauerūt. At licet contingere quod in maiorī parte pronosticatio falleret, esset tamē cōueniens, ut eā subtiliter inuestigaremus, eo q; ei ueritatis aliquid inest: uelut in sciētia, quæ salutē cōseruare demonstrat, licet non omniū hominū salutis sit occasio, cū tamen q̄rundā, qđ licet sit modicū, est tamē appetendū atq; diligēdū, & hoc in eo magnū fore p̄ficiū existimare debemus. Patet etiā quòd huius operis uires ideo maximas Aegyptij mōstrauerūt, quoniā in omnibus librīs medēdis, scientiā stellarū pronosticationibus cōiunxerūt, propterea quòd hæc huiusmodi fore cognovere, nec in eadē hora illa in simul cōiungerent, ut incantationes & medicinas facerēt, ad delendū impedimēta p̄ſentia siue futura, generalia seu particularia per

corpus circundans accidentia, nisi quoniam opinati sunt quod inde prouetura, nec mutetur, nec cōuertatur. Quapropter id quod huius nature, & que eū sequuntur, cōtradicendi uim habet, in ordine secūdo posuere, in uirtute & posse. Et uires uti litatis eius operis uiribus pronosticationis cōiunxere, in libris qui ostēsores medi cinæ nūcupātur, eō scilicet ut existētūm cōplexionū qualitates per stellas deprehenderent, nec non & accidentia, quæ per corpus circundans lunt euentura, eorumq; occasiones, & ut fortes etiā essent in istarū scientia rerū, ac in doctrina curā di curabilia in maiori parte, eo quod esse nequaq; est possibile, ut omnia corpora infirmitatesq; eiusdē modi sint qualitatis intemperie, & ut per medicinam, & per res unicuiq; corpori cōuenientes & nō cōuenientes, in futurarū infirmitatū custodia fortiores existerēt, nec non & ut his quae iā euenerūt medicamine, in quo nec imperfēctio, nec ulla sit deceptio mederent, & ut ex hoc ad summā perfectionē, ad quā aliquis attingere possit, attingerēt. Hoc igitur in generaliter dicendo premittēdū erat. Consequēter uero dīcēdo, modo prosequemur introductorio. Eaq; opera prius manifestabimus, quibus rerū cōlestiū alterationes propriēcōtingūt. Et hoc antiquorū experimentis ordine naturali dispositis exequemur, & ex his primū erraticarum stellarum atq; lumen opera pertractabimus, deo uolente.

DE VIRTUTIBVS LVMINARIVM ETERRA-

ticarum stellarum. Cap. 111.

Manifestum est quidē, quod substātiæ solis opus est calefacere, modicumq; desiccare: cuius operis sensus propriè ipse ceteris operib. aptior est, eiusq; scientia leuior, propter magnā solis quantitatē, & manifestam temporum anni mutationem. Sol etenim quanto magis loco zenith nostrorum capitum propior accedit, tanto magis calefacit. *De uirtute Lunæ.*

Maior autē Lunæ uis est humectare, est enim terrę propior, à qua uapor humidus ab imo usque ad eā ascēdit. Quapropter ad hunc modū mutatione manifesta corpora mutat. Nam quāplures earū rerū partes infra corpus existūt, maturat & putrefacit. Ipsa itē cum sole, licet modicā, in calore siccitatē habet, quoniam ab ipso lumen recipit. *De uirtute Saturni.*

Saturni uero stella, secundū operis sui partem maiorem infrigidat, suaq; frigiditate maxima, modicū desiccat: hæc autem propter eius elongationē magnam, à calore Solis, & ab humidis uaporibus qui prope terrā sunt euenire uidetur. Hius quidē stelle ceterarumq; stellarū uirium scientia, à suarum figurarum experientiis, quae sunt in earum collatione, cum Sole ac Luna procedit. In ordinibus nanc; mutationū, qui secundum augmentū diminutionēq; differant, uidemus earum quasdam aēris qualitates uno modo, quasdam autem alio uariare.

De uirtute Iouis.

Opus quidem fortitudinis stellæ Iouis, temperatae cōplexionis existit. locus nanc; sui motus, medius est inter Saturni frigiditatem, Martisq; feruorem. Quapropter insimul calefacit & humectat: & quoniam eius magis est calefacere, ipseq; super alios coelos uehitur, auctor uentorum, qui res oriri faciunt, existit.

De uirtute Martis.

Martis autē stella propriè desiccatur, eiusq; naturæ uis cōburit. eius nanc; calor ignis assimilatur calori, & locū iuxta Solem obtinet, cuius sphæra ferēs subest illi.

De uirtute Veneris.

Veneris quoq; stella propter suæ cōplexionis temperiē, Iouem prorsus in operibus imitatur, præter quod in ea Iouis ordo cōuersus est: modicum nanc; calefacit, quia prope Solem est, & humectat quantū Luna propter magnam sui luminis quantitatē, ideoq; sibi uapores qui ex humoribus terram cōcūtantibus ascendunt, attrahit. *De uirtute Mercurij.*

Stellæ quidem Mercurij opus est in maiori parte desiccare, & æqualiter humectare. In quibusdam etenim horis desiccatur humores, eo quod nusquā à calore Solis nimis elongatur. In quibusdam autem humectat, eo quod eius locus superest lunari sphæræ, quæ terræ propior existit, & in horum quidem utroq; eius alteratio est festina. Ventorum & hic autor existit, ob hoc quod eius motus circa Solem citus habetur. *De fortunis*

DE FORTVNIS ET INFORTVNIS. Cap. V.

CVm igit̄ sint figure p̄dictæ, prout diximus, sintq; naturarū quatuor. Duę amentū suscipit. Duę uero scilicet frigiditas atq; siccitas, destruetes, per eas nanc̄ res minuuntur, esseq; desistunt. Duas stellarū erraticarū, Iouē scilicet ac Venerem, Lunam etiā secundū priscae uiros auctoritatis, fortunas esse dixerē, eo quod earū est cōplexio temperata, & quod eis multū caloris ac humoris inest. Opera quidē Saturni, ac Martis operibus p̄dictarū stellarū naturaliter contraria fore testati sunt, eo quod horū alter per frigiditatē intensam, & alter per siccitatē intensam operatur. Solē autē atq; Mercuriū, in natura siccitatē habere subiunxere, eo quod illi utriusq; p̄bēt esse etiū, & secundum aliarū stellarum mutationē, † cum quibus iactis habuerint, magis quam cæterarū stellarum aliquæ, res mutare cōpellunt.

DE MASCULINIS ET FOEMININIS SIGNIS. Cap. VI.

† Alias, cū qui
bus respiciunt.

CVm partium itē nature duo sint prima genera, masculinū scilicet & fœminī Cnū: cumq; ex uiribus p̄dictis propriè fœminina uis sit ex humida substancia, eo quod hæc qualitas in fœminis generaliter inuenitur, & residua qualitas in maribus, propriè semper reperiatur: ab antiquis cōcinnē dictū est, Lunam & Venerem, quibus multum inest humidizatis, fœminas esse: Solem autem atq; Saturnum, Iouem etiam ac Martē, masculinos. Mercurium uerò, quorū iam siccitatē & humiditatē æqualiter operatur, in utroq; genere societatem habere dixerūt. Aīunt etiā planetas, ut ita dicam, masculinizare, & fœminizare, secundum figuræ quæ in sui cum Sole collatione formantur. Nam cum ipsi Solem p̄cedentes orientales existunt, masculini: cum uerò Solem sequentes occidentales fuerint, fœminini dicuntur. Idem etiā per figuræ quas in horizonte format, habere probantur. Cum enim in locis fuerint, quæ sunt ab oriente usq; ad cœli medium, uel ab occidente usq; ad oppositum medij cœli, sub terra sunt masculini, eo quod cum sint orientales, ea morantur in parte, à qua procedit uentus qui uocatur † Aīslabe. In duabus autem quartis residuis sunt fœminini, ob hoc quoniam partem illam obtinent, unde procedit † Adabor.

DE DIVR NIS AC NOCTVRNIS. Cap. VII.

† Alias, Sub-
solanus.
† Alias, Occi-
dentalis uen-
tus.

Quoniā itē duo sunt spacia, ex quibus tempus efficit, quorū alterū dies est, qui propriè masculinat, propter calorem, eiusq; uim efficacem, atq; mouente: alterum uerò nox est, qui fœminizat, propter illius humiditatē atq; quietem: Lunā ac Venerē nocturnas. Solem autem & Iouē diurnos esse dixerē. Mercurium uerò, uelut p̄diximus, utriscq; sociū fecere, & eum in oriente diurnum, in occidente uerò nocturnum esse retulere. In fortunam autem utrancq; super hoc duos modos diuisere, p̄ter quod hoc non naturaliter, sed per contrarium fecerunt. Nam cum res consimiles, rebus quarum complexio idonea est, commiscetur, earum ualeitudines meliorantur. Cum autem res dissimiles commiscetur rebus destruentibus, minuetur eorum nocumentum. Ob hoc igitur Saturnum, qui infrigidat calorū diei, Martem uerò, quia desiccat, humorū noctis assimilaerunt: ideo scilicet, quod uterq; istorum, causa eius temperabitur, complexio qualitatē temperatæ complexionis assimilabitur.

DE VIRTVTIBVS FIGVRARVM, QVAE FORMANTUR SECUNDUM SOLIS POSITIONEM. Cap. VIII.

LUna item & tres erraticæ stellæ Soli suprapositæ, diminutionem & augmen- tum in suis proprijs uiribus assumūt, scilicet figuræ quas in collatione Solis effingūt. Luna nanc̄ à sua prima corniculatione, usq; ad suam primā dicothomitatem humectat, & inde usque ad plenilunium calefacit, & inde usq; ad dicothomitatem secundam desiccat: deinde usquequo occultetur, & in directo Solis existat, infrigidat. Stellæ uerò matutinales, ex quo apparent de sub radijs Solis usq; ad suam stationem primam, magis humectant, & à statione sua prima, usq; ad uespertinam ascensionem magis calefaciūt, & inde usque ad stationē secundam plus desiccat, à qua usq; ad suam occultationem magis infrigidant. Planum est etiam, quod cum hæ commiscetur adiuicem, differentes qualitates in aëre

multis modis operantur, secundum uniuscuiusq; propriæ fortitudinis uictoriam.

DE NATVRIS STELLARVM FIXARVM. Cap. IX.

CVm de naturis stellarum fixarū, quas secundū suorum operū proprietatem assūmūt, tractatus predicta sequatur, hęc consequēter incipiamus, earumq; variationes per experimenta repertas cōmemoremus. Ex quibus earum similitudines cum stellis erraticis indicemus. Et primum quidē earū quae in ipsius circuli

Aries. signorū figuris sunt, memoriam præmittamus. Stellarū itaq; res in uertice Arietis existentium, commixtis uiribus Saturni & Martis assimilantur. Earum uero quae in eiusdem ore sunt uires, Mercurij uiribus similes esse perhibentur, que etiā licet modicum Saturni uiribus assimilātur. Opus autem earum, quae in eiusdem pede posteriori sunt, ab operibus Martis nō differūt: & quae in ipsius cauda locantur,

Taurus. uires Veneris sequuntur. Stellarum autem quae in TAURO sunt illius complexio, que eius insitit humero, à Veneris complexione non distat, & etiā Saturni complexioni modicum assimilatur, à thorace uero complexio Martis & Lunæ, commixtae complexioni similis fore probatur: At stellarum in TAURI uertice ludicior quae claræ rubedinis similitudinem gerit, & dicitur ALdebaran, illius in qua complexio à Martis complexione non elongatur. Aliarum uero quae ibidē sunt complexio, Saturninę complexioni coequatur, & Martialis complexionis similitudinem gerit aliquantisper. In eius autem cornuum cacuminibus positæ, idem quod

Gemini. Mars operantur. Stellarum item quae in GEMINORU signo sitæ sunt, sunt illæ quae in suis collocantur pedibus, à Mercuriali qualitate non recedunt, & quamvis modicum qualitatē Veneris associātur. Lucidiores uero stelle in eorum coxis posite, Saturninæ coequantur complexioni. Duæ quoq; magnæ stelle in eoru duobus capitibus impressæ sunt, quarum prima Mercurio in operibus assimilatur, & uocatur Auellar. Altera uero Martis cōplexionē imitatur, & dicitur Abracaleus. Itē

Cancer. in CACRO duarum stellarū quae in eius pede locum obtinet, opus unum est & idē, & operibus Mercurialibus assimilant, & modicū Martialis. Earum uero complexio, quae sunt in eius azubene, Saturni Mercurijq; cōplexioni non repugnat: illius autē opus, quae in eius locatur pectore, nubisq; gerit similitudinē, uocaturq; Meelef, Lunę & Martis operibus æquatur. Duarum uero stellarū uires, que sunt ex utraq; parte Meelef, & quae duo alini dicuntur, à Martis & Solis uiribus non recedunt: & manifestū est, quod hęc cōplexio abscidit & destruit. At stellarū in LEONE duarū, quae ipsius insitę sunt capiti, opus Saturninis operibus assimilat, & Martialis etiā modicū. Triū uero quae in ipsius collo sunt, opera Saturninis operibus parificant, & licet modicū Martialis operibus assimilant. Stella uero luci-

Leo. da in corde Leonis posita, quam uocat Regiam, quemadmodū Iupiter & Mars operatur. Stella quidē in eius dorso posita, claraq; stella in ipsius cauda locata, Veneris ac Saturni uiribus coequatur, & licet modicū Mercurium in operibus imitatur. Duæ uero huius coxis insitæ, à Veneris Mercurijq; uiribus non disce-

Virgo. dunt. Itē in VIRGINĒ, illarum quae in eius uertice, earumq; que in illius oculo, nec non in eius ala meridianæ extremo figurātur, opera à Mercurialibus effectibus nō remouentur, & Martis operibus, licet parum, assimilantur. Aliæ quoq; stellæ lucidae, que in eius ala Septentrionali, nec non quae in eius dorso formantur, ab operibus Mercurij non discrepant, & quamvis modicū, Martis gerunt similitudinē. Stella uero lucida in eius ala Septentrionali gesta, quā Almucedeme alacaf appellant, ut Mercurius & Saturnus operatur. At opus stellæ quae dicitur AZIMech alaazel, à Veneris uiribus non recedit, & Mercurialibus aliquantisper assimilatur. In eius autē pedum summitate positæ, & ex ea parte à qua protrahunt fimbrias, Mercurialibus & Martis uiribus coequātur. Et que in extremo duarum Azubene Scorpionis apparent, insitis operibus Saturnum atq; Mercurium imitantur: & quae earū medietatē obtinent, Saturni uiribus assimilantur, & licet mo-

Scorpio. dicū Martis sequuntur complexionē. Earum quidē quae in SCORPIONE notantur illius luculentæ uires, quae in illius fronte sibi locū uendicant, à Martis uiribus nō recedunt. Trium etiā que in eius ore sunt media, quae ludicissima est, & parum habet rubedinis, uocaturq; cor Scorpionis, à Martis operibus non separatur, & licet

licet modicum Iouis uires assumit. Quæ autem in ipsius caudæ nodis constituantur, Veneris & Saturni uiribus assimilantur: at in eius aculeo constitutæ, Martis ac Mercurij uires imitantur. In alatha uero locatæ, quæ nubibus gerit similitudinem, eumque subsequitur, à Martis & Lunæ uiribus non recedunt. Stellarum item in Sagittario, ea quæ sagittæ cacumen indicat, Martis & Lunæ uiribus coæquatur: earum autem quæ ipsius formam arcus exprimit, & illæ quæ in loco contactus manus figurantur, ut Iupiter & Mars operantur. Quæ autem in alatha uultus eius sunt, Soli & Marti operibus concordant, Illarum uero quæ sunt in loco sagittæ, contactus uires Iouis uiribus æquantur, & licet modicū operibus Mercurij concordat: in eius autem cruribus insitæ, Iouis Saturnique uires non postponunt: quatuor autem quæ sunt in eius cauda, uiribus Veneris & Saturni assimilantur. Stelle quoque Capricorni, quæ eius adhærent cornibus, à Venere complexione non discordant, & Marti alè, licet parum, sequuntur: earum autem opera, quæ in eius uidetur Saturninis operibus coæquantur, & modicū etiam Veneris & Martialis: & eius in cauda formatae, à Iouis Saturnique uiribus non discrepat. Item in Aquario stellæ quæ in eius Aquarius, hauritorio cù his, quæ in manu sinistra figurantur, quemadmodum Saturnus ac Mercurius operantur: at eorum quæ in coxis sunt, uires quāplures à Mercurialibus operibus non dissonant, ppaucque quidem earum Saturninis assimilantur uiribus. In aquæ uero decursu collocate, Saturnum in operibus imitantur, & ex Iouis complexione modicum adipiscuntur. Stellarum uero quæ in Piscibus ordinantur, illæ quæ meridiani piscis uerticem obtinent, à Mercurij uiribus non discordant, & quamvis modicum Saturni uires sequantur: in eius autem ore uisus, ad Iouis & Mercurij similitudinem operari non cessant: super eius caudam, & supra filum meridionale constitutæ, à Saturni cōplexionibus non dispergant, & quāvis pars Mercurij uiribus assimilantur. Earum itē opera quæ sunt in ipso corpore piscis septentrionalis in ipsius scilicet spina, Iouis opera non refutant, & aliquātis per Venerem imitantur. In filo autem Septentrionali fixæ, velut Saturnus & Iupiter operantur, stella quidem lucida super eius ligaturā constituta, Martis gerit similitudinem, & Mercurij modicū. Item de stellis quæ sunt in figuris à circulo signorum Septentrionalibus dicamus: Stellæ quippe lucidae, in ursa minori formatæ, à uiribus Saturni non recedunt, & Venereas qualitates, licet parum, amplectuntur. In ursa uero majori locatæ, Martis concordant complexionibus. Stellæ quidem assimilate minori alatha, cōformatæ sub eius cauda, à Veneris & Lunæ cōplexionibus non dissonant. Lucide, quoque stellæ, quæ draconis locū significant, Saturni Martisque uiribus æquantur. Earum uero qualitates, quæ sunt in fiscis, à Iouis Saturnique qualitatibus non discordant. In sui quoque dorsi nucha posite, Mercurij Saturnique uires non postponunt, quin etiā Iouis & Martis uires quandoque sequuntur. Stellæ quidem lucidae calorē rubeum obtinet, quæ dicitur Azimech ariamech, Iouis Martisque similitudinem portat. At quæ sunt in Alphelta, Veneri Mercurioque similes existunt. Quæ autem in uiro super sua genua sedēte constituantur, à Mercurialibus complexionibus faciem non auertunt. Quædam etiā earum quæ sunt in Assange, quæ uultur, cadēs appellatur, Veneris Mercurijque uires non abiciunt. Quæ autem gallinae fornicatae exprimunt, his predictis assimilantur. At quæ figuram obtinet in qua est sedes, Saturno Venerique coæquatur. Stelle uero quæ dicuntur illius quæ fert cathene caput, Saturni Venerisque opera non refutat: & quæ tenet similitudinem alatha, quæ in cultelli manubrio continentur, Martiales & Mercuriales cōplexiones imitantur. Lucide quoque stellæ, illius figure in qua hora formantur, à Martis Mercurioque uiribus, non recedunt. Itē stellarum opera, quæ hominis serpentē tenentis imaginē representant, Saturninis operibus assimilantur, & modicū Veneris in ipso quidem serpentis corpore fixæ, à Saturno & Marte in operibus non differunt. In Sagittario uero locatæ, Martis similitudinem retinent, Venerisque modicū. In Vulture uolante figuratae, Martis Iouisque complexione sequuntur. Et quæ Delphini formā indicant, ut, Delphini. Saturnus & Mars operantur. Claræ uero stellæ, in equo sitæ, quemadmodum Mars atque Iupiter operari non renunt. Stelle quidem Andromades, uires Venereas habere

Trianguli bere probantur. Trianguli uerò stellæ Mercurij complexiones habere non sper-
stelle. nunt. Item de stellis, quæ in figuris à circulo signorum meridionalibus ordinan-
Piscis tur. Stellam lucidam nempe in meridiani piscis ore formatā, uiribus Veneris &
Mercurij similē esse manifestum est, & in eiusdē piscis corpore locate, Saturno in
operibus æquiparantur. Vires aurem stellarū, quæ sunt in figura fortissimi, earū
scilicet quæ in eius utroq; sunt humero, à Martis Mercurijq; uiribus non discre-
pant. Omniū uerò ceterarum stellarū lucidarum eiusdē opera ab operibus Iouis
ac Saturni nō recedunt. Ultima quoq; stellarū Rivi, lucidissima Iouem, aliæ uerò
Leporis. Saturnum imitatur. Quæ leporis designant effigiē, Mercurijq; Saturniq; uiribus
Canis. non disconueniunt. Omnes autem stellæ in Cane sitæ, praeter illā quæ in eiusdē ore
ponitur, & idem operantur, & Veneri assimilantur. Lucida uerò stella, in ipsius ore
formata, & dicitur alcehere gemina, Iouis opera non postponit, & licet modicum
Martis operibus associatur. Complexio quidē lucidae stellæ, in primo Cane con-
stitutæ, Mercurialibus æquatur complexionibus, & modicū etiam Martialis.
Opera uerò stellarū lucidarumq; magnanimū formam representant, operibus Sa-
Corui. turni atq; Veneris assimilantur: at quæ in calce constituuntur, Venereas cōplexi-
Nauis. ones non spernunt, & Mercuriales licet parum imitatur. In Corui quidem consti-
Centauri. tutione positæ, Saturno Martijsq; sunt similes. Stelle uerò lucidae, nauis imaginem
exprimentes, Saturno Iouijsq; coequantur. In Centauro uerò constitutæ, illæ scili-
cet quæ eius formam humanam obtinent, Veneris & Martis gerunt similitudi-
nē. Clares autem, quæ in ipsius equina figura sitæ sunt, quemadmodum Jupiter &
Lupi. Venus operantur. Lucidae quoq; stellæ, in lupi forma positæ, Saturninas uires
Thuribuli. habere non negantur, nec etiam Martiales, licet modicum. In thuribulo uerò con-
Corona. stitutæ, Veneri sunt similes, & aliquantulum Mercurio. Et complexionis, lucida-
rum stellarum quæ sunt in Corona meridiana, quæ alfecca meridiana dicitur, Sa-
turninæ complexionis & Martialis non obliuiscuntur.

DE FORTITUDINIBVS QVATVOR TEMPORVM. Cap. X.

STellarū itaq; fortitudinum qualitates in semetipsis, ut ab antiquis expertum
Sest, sunt hę. Annī uerò tempora quatuor esse dicunt, Ver, Aestas, Autumnus,
& Hyems. In ueris itaq; tempore fortior est humiditas. hyemis nanq; frigiditate
preterita, ad humorum distemperantiā, qui propter hyemis frigiditatē congelati
sunt, calor incipit. At in aestuali tempore, propter solis accessum zenith nostrorū
capitum, calor praeualeat. In autumnali quidē tempore uincit siccitas. calor enim
aestatis trāfacte humiditates exiccauit. In hyemali uerò tēpore propter solis remo-
tionē à loco zenith nostrorū capitum, superat frigiditas. Quapropter cum circu-
lus signorum, naturali careat principio, uelut & omnis círculus, illius principiū,
signū uernalis æquinoctiū, quod est Aries, posuere. Ab illo scilicet initiu sumple-
re, à quo cōplexio crescit humida: sicut & in animatis, prima pars annorū uite, est
tempus in quo eorū complexio existit humidior, eodemq; ordine cetera constitu-
ere tempora. In omnium etenim animatiū cōplexione, in primis annis praeualeat
humiditas, sicut & in uere: in illis etenim annis mollis est & tenera. In secundis
autem annis, usq; ad caloris stationem perfectam, uelut in aestate, uincit calor. In
tertiis quidem annis, in quibus est prope suam declinationem, & circa minuendi
principiū, fortior est siccitas: uelut & in autumno, & in annis extremis, in qui-
bus ad destructionem peruenit: in ipso, sicut & in hyeme, superat frigiditas.

DE FORTITUDINIBVS QVATVOR ANGVLORVM,

& quatuor horizontis partium. Cap. XI.

Oriens. **E**odem quoq; modo in qualitatibus quatuor locorum horizontis & angulo
rum, à quibus uentorum flatus ad omnem partem inchoant, dicendum est.
In parte nanq; quæ dicitur oriens, fortior est siccitas, ob hoc quod cum per eam
partem sol incedit, quicquid nox humectauit, desiccare non desinit: & quia
uenti qui ex illa parte flatus emittunt, & generaliter orientales appellantur,
Meridies. ab omni priuantur humiditate, atq; desificant. Pars autem meridiana calidissima
est, ob hoc quod solis calor multus est, cum in cœli medio moratur. & quoniam
hæc

hæc pars, quantum ad nostræ regionis situm est dextra, uenti qui ab ea parte procedunt, generaliter meridiani nuncupatur, qui calidi sunt & comburentes. Occidentalibus uero pars humida est, eo quod cum sol in illa parte moratur, ea quæ des exiccauit, mox humectari incipiunt: & qui inde procedunt uenti, quos generaliter occidentales dicimus, mollificant & humectant. Pars autem septentrio-nalis est frigidissima, ob hoc quod caloris occasiones quæ nobis incumbunt, propter solis existentiam in cœli medio, secundum nostri situs locum à nobis multum elongantur. Et quoniam in oppositione solis cœli medium obtinentis ponitur, & uenti ex hac parte procedentes, frigidissimi sunt & constrictiui. Horum itaq; notitia ualeat, & proficit ad omnium partium complexionum cognitionem in omni ora. Ideo scilicet, quia planum est & apertum, quod uis stellarum efficiens secundum temporum, annorum & angulorum qualitates mutantur. Nam cum omnes res eis assimilantur, puræ erunt earum qualitates, & absq; ullius alterius commixtione. Quapropter erunt earum opera fortiora. uerbi gratia. Stellæ naturaliter calefacentes, in modis calidis sunt fortiores: & stelle similiter humectantes, in modis humidis. Earum uero uires, in istorum modorum contrarietatibus non sunt puræ, sed alijs rebus admixtae, sunt debiles: uelut in stellarum calefacentium uiribus, in modis frigidis: & in stellarum humectantium fortitudinibus, in modis desiccatis euenuit. Idem quoq; in omnibus alijs modis euenuire, secundum qualitatum commixtionem, non dubitemus.

DE SIGNIS FIXIS, MOBILIBVS, ET
communib; Cap. XII.

His itaque præmissis, sequitur ut proprias partium circuli signorum mutationes, sicut nobis aduenere, adjiccamus. Quæ sunt generales unius cuiusque complexionis temporum, quæ per ea sunt assimilatae. Et quædam etiam suarum proprietatum, quæ soli & lunæ, cæterisq; stellarum assimilantur, quas nos in sequentibus commemorabimus, post præmissas signorum uires in semetipsis absque ullius alias commixtione, quas eis tantum ex collatione unius ad aliud assignamus. Prima nempe signorum differentia est, quod quædam eorum tropica, quædam æquinoctialis, quædam quoque fixa, & quædam communia nuncupantur. Tropica namq; duo, sunt gradus scilicet 30, qui æstivalis solstitij punctum sine interuallo sequuntur, & sunt Cancri gradus. Et alij etiam in 30 gradus punctum hyemalis solstitij ordinati succedentes, qui sunt Capricorni gradus. Hæc autem his iecirco nominibus designantur, quoniam illud in eis euenuire manifestum est. Nam cum sol ad istorum duorum signorum initia peruenit, uersus motum, qui est in latitudine contraria motui quem prius habebat, tunc conuertit. Cumq; fuerit in Cancro, æstatem: in Capricorno uero facit hyemem. Aequinoctialis quoque duo sunt, signum uidelicet æquinoctij uernalis punctum loco proximo subsequens: suntq; gradus Arietis. & signum Autumnalis æquinoctij punctum ordinatim succedens, quod est signum Libre. Hoc quidem nomen sortiuntur ex hoc quod in eis indubitanter euenuit. Cum sol etenim eorum ingreditur initia, nocti dies ubiq; coæquantur. Reliquorum autem signorum octo, quæ inter tropica & æquinoctialis signa locantur, quatuor fixa, & quatuor nominantur communia. Fixa uero sunt, quæ duo solstitialia & duo æquinoctialis signa sequuntur: quæ sunt, Taurus, Leo, Scorpius, Aquarius: eo quod quatuor temporum mutationes, quæ sole ingrediente solstitialia & æquinoctialis consequuntur signa, principium sumunt: & sunt, cum aër ad humiditatem, uel ad calorem, aut ad frigus siue ad siccitatem mutatur. Figuntur, & magis apparent, quotiescumq; sol in his signis fixis moratur. Aeris quoq; qualitas tunc naturaliter existit pura, nam propter longam istorum qualitatum durabilitatem earum uires apertissime recipit. Signa uero communia sunt, quæ post signa fixa mox apparent, quæ sunt, Gemini, Virgo, Sagittarius, & Pisces. Ideoq; sic appellantur, quoniam inter mobilia fixaç; signa locantur, & cum suis principijs atq; extremis naturali ferè mutationi consimilantur: quæ unicuiq; duarum qualitatum est propria, qualitatum uidelicet mobilium atq; fixorum.

Occidentis

Septentrio.

Tropica signa.

Aequinoctia-
lia.

Communia.

Divisio


CLAVDII PTOLOMÆI
DIVISIO SIGNORVM IN MASCULINA
& fœminina. Cap. XIII.

MAsculinæ atq; diurnæ naturæ sex signa iudicauerunt, sex uero residua ad naturam fœmininam atq; nocturnam retulere, & unum post aliud dispo- suere, ob hoc quod nocti dies adheret, & iuxta eam semper existit, & quia sexus masculini sunt prope fœmininos, & eis frequenter adiunguntur. Huius autem rei principium ab Ariete, propter occasiones prædictas sumpsere: & quoniam etiam masculi dominantur & agunt, estq; conuenientius ut sint præcedentes, patientibusq; honorabiliores, ob hoc igitur à masculino fecere initium. Arietis & etiam Librae signa masculina sunt, atq; diurna, eo quod circulus equinoctialis super ipsa protenditur, à quo primus fortisq; motus, qui firmamenti motus dici- tur, sumit originem. Ordo uero signorum hæc duo subsequentium est, uelut prædictimus, fœmininum scilicet post masculinum, & post fœmininum masculi- num. Quidam autem sub ascidente ordinem sexus signorum incepere, unum scilicet masculinum, & aliud nominando fœmininum: & inceperunt ab ascenden- te, uelut quidam qui signorum mobilium principia à lune signo posuere, eo quod citius aliarum stellarum aliquam uariationem recipit. Similiter nang; modo sexuum signorum initia ab ascidente coepерunt, ob hoc quod orienti propius existit, & ordinem subsequentem, uelut prædictum est, subsecuti sunt. Quidam etiam in quatuor omnia signa partiti sunt, qui & dixerunt quod signa quæ matu- tinalia masculinaq; dicuntur, sunt ea quæ ab ascidente usq; ad cœli medium constituuntur, & quæ etiam eis sunt opposita, ab occidente usq; ad angulum terræ. Duas uero quartas residuas fœmininas & uespertinales appellauere: im- posuereq; signis alia multa prænomina, secundum figuræ quæ in eis sunt. Quæ- dam eorum etenim quadrupedia, & quedam sylvestria. Quædam uero multo- rum nominauere filiorum, & his similia. Sed quoniam eorum nominum est oc- casio manifesta, & quoniam huiusmodi quæ sunt per has figuræ illo in loco nominari possunt, in quo nobis ad hanc scientiam & utilitatem conferent, hoc in loco reticendum fore decreuimus.

DE AFFINITATE SIGNORVM, ET
earum figuris. Cap. XIV.

PRIMA quidem partium circuli signorum inter se consimilium affinitas est, quæ in figuris habetur: & sicut partes, inter quas est unius diametri longitudo, & quæ duobus rectis angulis subtenduntur, suntq; sex signa, & centum octuaginta gradus, & partes etiam, inter quas est longitudo trina, & quæ unum rectum angulum ac eiusdem tertiam continent, & sunt quatuor si-

A S P E C T U V M F I G V R A.



gna ac centum uiginti gradus. Partes quoq; inter quas est longitudo tetragona, quæ unū rectum angulū continent, & sunt tria signa atq; gradus nonaginta. Nec nō & partes inter quas est hexagona longitudo, quæ unius recti anguli bis se cūtenent, & sunt duo signa ac gradus sexaginta. Occasiones autem cur has solas longitudines, & non alias obseruare debeamus, ex hoc quod subsequitur addiscemus. Nā occasiones obseruādi lōgitudinem unius diametri per se manifestantur, eo quod in eius oppositione secundum lineārectam elongantur, cumq; duas maiores partes considerauerimus, in quibus erit conuenientia quantitat̄ partis, ac quantitat̄ totius & partis, hæ residuae figuræ constituentur. Per conuenientiam itaq; partis erit ita, cum ad duorum rectorum angulorum longitudinem assignabimus proportionem, quæ diametri est longitudo ab eius medietate, & tertia erit scilicet medietas ipsius longitudo tetragona, & eius tertia erit longitudo ipsius hexagona: ex hac autem longitudine duplicata, tria constituetur longitudo. Per totius uero partisq; conuenientiam fiet ita, cum à tetragona longitudine ad duas alias lōgitudines, inter quas ipsa constituitur, proportionem fecerimus, fueritq; unius proportio sexquilatera, alterius uero sexquiteria, cum assignauerimus in quam proportionē ab ea ad id quod minus ea fuerit, & cuius proportio ad eam fit sexquilatera, hexagona fiet inde longitudo: cūmque ad maius eam proportionem assignauerimus, & cuius proportio sit ei sexquiteria, triam longitudinem constituemus. Istarum itaq; affinitatum trinam & hexagonam conuenientes, appellauere, eo quod ex signis in genere conuenientib; constituantur, masculina namq; uel feminina sunt omnia. Quæ autē ex diametro uel ex figura tetragona formantur, disconuenientes nominauere, eo quod in contrarietate signorum in genere conuenientium semper inueniuntur.

DE SVBLIMIBVS ET INFIMIS, QVAE PRAE CIPIENTIA & OBEDIENTIA DICUNTUR. Cap. XV.

Partes quidem, quarū longitudo ab aliquo uno eodemq; puncto, punctorum æquinoctialium est eadem, sublimes & infimæ nuncupantur, & sunt illæ quarum ascensiones & descensiones in æquis temporibus contingunt, eo quod in æqualibus circumferentijs cicularum parallelorum, æquinoctiali circulo feruntur. Istarum autem partium illæ quæ in medio æstivalis cirkuli formantur, sublimes dicuntur: & quæ sunt in hyemalis cirkuli medio, nominantur infimæ, ob hoc quod cum Sol per æstivalis cirkuli medium progreditur, dies noctibus maiores efficit: cum autem hyemalis cirkuli medietatem illuminat, dies noctibus breuiores esse demonstrat.

DE SIGNIS SE INVICEM ASPICIENTIBVS, ET SIBI IN FORTITUDINIBVS AQUATIS. Cap. XVI.

Dicunt item quasdam esse partes, quæ alijs partibus in fortitudinibus æquantur, cum earū longitudo ab uno quolibet puncto, ex duobus punctis tropicis una est & eadem, eo quod cum Sol per quemlibet istorum duorum punctorum perreixerit, dies diei, noctisq; nox æquabitur, & tempora horarum erunt eadem. Ajunt etiam, quod hæ partes, propter prædictas occasiones se inuicem aspiciant, & quod unaquæq; earum, ab eisdem horizontis partibus ascendat in oriente, & in eisdem partibus in occidente occumbat.

DE SIGNIS SIBI CONTRADICENTIBVS, ET INTER QUAE NULLA FIT COLLIGATIO. Cap. XVII.

Partes quippe quæ contradicentes & extraneæ nuncupantur, illæ sunt inter quas ex modorum prædictorum affinitatibus nulla continetur affinitas, id est, nec sunt ex præcipientibus, nec ex obedientibus, nec ex se inuicem aspicientibus, quæ sunt in fortitudinibus adiuicem æqualia: nec sunt ex his, quæ per aliquam quatuor figurarum positarum, aliquam habebant adiuicem affinitatem, id est per diametri figuram, & per trigonam, tetragonam quoq; ac hexagonam. Partes autem quas nullatenus per hos modos associari deprehendimus, sunt inter quas unū uel quinq; signa continentur, ob hoc quod illæ partes, inter quas

unū signū habetur, se non aspiciunt: ponuntur enim sibimet ex obliquo. Illæ uero partes inter quas quinque signa locâtur círculu per partes æquales non absindunt.

DE DOMIBVS QVINQVE STELLARVM ERRATI-
carum, ac Solis & Lunæ. Cap. XVIII.

Partes namque círculi signorum, quæ domus, tríplicates, exaltationes ac termini nominantur, hisque similia, in quibus aliquam similitudinem, uel dignitatem habeant, septem planetis assimilantur. Domorum quidem natura est, ut subiungam. Quoniam igitur ex signis duodecim, duo sunt septentrionalia, illa uidelicet, quæ in loco zenith nostrorū capitū sunt uiciniora, qua de re calorem generant, quæ sunt Cancer & Leo, duobus maximis dignioribus luminaribus, pro domibus sunt attributa: & Leonis signū, quod est masculinum, Solis domū posuere: Cancri uero signū, quod fœmininū est, Lunę domum constituerū. Ideoque círculi medietatem, quæ est à Leone usque ad Capricornum, solarem nuncupatur: Aliam uero medietatem, quæ est ab Aquario usque ad Cancrum, Lunarem appellare, ita ut in unaquaque duarum círculi medietatū, in solari scilicet atque lunari, domum sibi congruentem secundum suarū sphærarum ac naturarum ordinem, **Saturni complesio.** unusquisque planetarum haberet. Quapropter quia Saturnus est naturaliter frigidus, calorique contrarius, & eius ccelū altius & remotius est à luminaribus, ei duo signa Capricornum & Aquarium, quæ sunt in oppositione Cancri atque Leonis, aſsignarunt: ob hoc scilicet, quod hæc duo, Capricornus uidelicet & Aquarius, frigida sunt & hyemalia: & quia iterum figurarum affinitas, quæ sit ex opposi-
Iouis. tione, non est conueniens & in fortuna. At quia Iupiter complexionis est tem-
rata, & sub Saturni sphæra fertur, duo signa quæ Capricornum sequuntur, &
Aquarium, & sunt Sagittarius & Pisces, ei sunt attributa, eo quod uentos procreant, & res oriri compellunt, suntque à domibus luminarum, in longitudine tria,
Martis. & quæ est conueniens, & fortunij. Post hæc autem, quia Mars naturaliter desicit, & eius sphæra sub Iouis sphæra uoluitur, duo signa quæ post Iouis hospitium locantur, ei dedere, & sunt Aries & Scorpius, quorum longitudo à luminarium domibus est tetragona, sicut caliditati destructoriae & contradictoriae conuenit,
Veneris. quæ naturæ Martis assimilatur. Veneris autem stella, quia complexionis est tem-
perata, & sub Martis sphæra circumuoluitur, duo signa quæ Martis habitacula sequuntur, sunt attributa, eo quod res oriri faciunt, & sunt Taurus ac Libra, quo-
rum longitudo à domibus luminarum est sextilis, quæ est longitudo similitudi-
nis & conuenientiae: & quia Venus etiā inuenitur duarū partiū, non plus quam
Mercurij. duobus signis elongatur à Sole. Item quoniam ex erraticis stellis Mercurius remanserat, qui in neutra duarum partium à Sole unquam plus quam per unius signi spaciū elongatur, & sub alijs stellis uehitur, data sunt ei duo signa residua, quæ post luminarium loca locantur, & sunt Gemini ac Virgo.

DE TRÍPLICITATIBVS, ET EARVM DO-

MINIS. Cap. XIX.

Triplicitatum affinitates cū planetis sunt hæc. Quoniam igitur æquilateri trianguli figura in semet est æqua & conueniens, & quia tres círculi sunt terminaciones zodiaci círculi, & equinoctialis uidelicet circulus, & duo círculi solstiales, duodecim zodiaci círculi partes, in quatuor triangulos æquilateros diuīsere. Prima ergo tríplicitas est ex Ariete, Leone & Sagittario, quæ sunt signa masculina: suntque Solis & Iouis, & Martis domicilia. Quapropter hanc tríplicitatem Soli & Ioui, repulso Marte dedere, eo quod Mars est ex haiz contrario haiz solis. Huius autem tríplicitatis primus dominus est in die Sol, in nocte uero Iupiter. Arietis etiam signum círculum æquinoctialem sequitur, & Leo uicinior est æstivali círculo, Sagittarius autem hyemali círculo propior existit. Est & haec tríplicitas septentrionalis, eo quod dominium habet ibi Iupiter. Arietis etiam signum círculum æquinoctialem, & res oriri compellit, nec non uentos septentrionales adducit. Præter quod quia in ea est domus Martis, qui ibi societatem habere dicitur septentrionali uento, aliquantulū ex occiden-
tali com-

li commiscetur. Quapropter colligitur inde uentus ex septentrionali & occidentalí commixtus. Mars enim huiusmodi uentos adducit, pars etiam occidentalís est foemínina. Secunda uero triplicitas, quæ est ex tribus signis foemíninis, Tauró scilicet & Virgine ac Capricorno collecta, Lunæ Veneriç assignatur, eo quod illa est ex haiz Lunæ. Istius uero triplicitatis in die dominus est Luna, & in nocte Venus. Aestivali quidem circulo Taurus, æquinoctiali Virgo, hyemali uero Capricornus est propior. Hæc autem triplicitas meridiei conuenientior est propter Veneris in ea dominium. hæc etenim stella huiusmodi uentos adducit, eo quod eius tuis per calorem & humiditatem hæc efficit. Præter quod propter Saturni domum, quæ est Capricornus, & propter eius in ea societatem, uenti qui per hanc nascentur triplicitatem, ex meridionali & orientali coadunabuntur contrario modo triplicitati primæ, ob hoc quod Saturnus uentos orientales adducit, eo quod est ex haiz Solis. Tertia quidem triplicitas, quæ ex tribus signis masculinis, Geminis scilicet, & Libra ac Aquario colligitur, Saturno ac Mercurio attribuitur, eo quod in illa domus eorum habentur. Huius autem diurnus dominus est Saturnus, quoniam est ex haiz diei, nocturnus uero dominus est Mercurius. Signum quoq; Geminorum aestivali circulo proprius existit, & Libra circum æquinoctialem subsequitur. Aquarius autem hyemali circulo uicinior habetur. Hæc autem triplicitas orientali uento magis conuenit, propter Saturni dominium, atq; Iupiter Saturno in haiz assimilatur: est enim diurnus. erunt uenti qui huius triplicitatis occasione prouenient, inter septentrionalem & orientalem. Quartam autem triplicitatem faciūt Cancer, Scorpius, & Pisces. Restat igitur, ut Marti dominetur, & ut ipse in ea dominium exerceat, eo quod Scorpius est eius domicilium. Associantur ei in dominio, propter haiz, & eo quod hæc signa sunt foemínina, in nocte quidem Luna, in die uero Venus. Cancer item aestivali, & Scorpius hyemali. Pisces autem æquinoctiali circulo propiores existunt. Ista quidem triplicitas, uentos occidentales efficit, propter in ea Martis Lunæç dominium: ac quia Venus ei associatur, erit uentus ex occidentali meridionaliç collectus.

DE EXALTATIONIBVS. CAP. XX.

SIgnorum quippe modi, qui luminarum & stellarum erraticarum exaltationes dicuntur, sunt uelut subiungam. Sol etenim cum in Arietis signo fuerit, ad altiorem circuli medietatem septentrionalem mutabitur, Cumq; Libræ signum ingreditur, ad inferiorem circuli medietatem meridionalem proprium iter aduerbit. Quapropter Arietis signum, in quo longitudo dierum, eorumq; caloris naturalis augmentum inchoat, Solis exaltationē posuere: Libram uero propter predictarum occasionum contrarietas, eiusdem casum fore dixere. Saturnus autem, & eius à Sole longitudo foret oppositionis, sicut & in domibus, eo quod ubi calor crescit, frigiditas remittitur: & ubi frigiditas intēditur, calor remittitur. Libræ signum pro exaltatione, Arietem uero pro casu recepit. Item cum Luna fuerit in Arietis signo cum Sole, quod est eius exaltatio, quoniam post hæc prius apparebit in Tauro, in quo augmenti sui luminis erit quasi principium, fuit eius exaltatio in Tauro, quod est primum suæ propriæ triplicitatis signum: in Scorpione uero signo, quod in illius oppositione formatur, eius casus designatur. At quia Iupiter est autor uentorum septentrionalium, quæ res oriri faciunt, & quoniam cum in maiori declinatione septentrionali fuerit quæ est in Cancro, ipsius uis propria apparebit, uentosq; septentrionales efficiet, ei Cancri signum exaltationem & Capricorno casum tribuere. Mars autem quoniam naturaliter est comburens, & maximè cum in Capricorno fuerit, eo quod eius declinatio tunc est in parte meridionali, in Capricorno iouis exaltationi contrario, sublimatur: cadit autem in Cancro. Rursus quia Venus naturaliter humectat, maximè autem in signo Pisces, in quo ueris humiditas apparere, eiusq; uis naturalis incipit crescere, in Piscibus exaltatur, & in Virgine cadit. Mercurius autem quoniam desiccatur, in contrarium Veneris, in signo scilicet Virginis exaltatur, in quo autumnus, qui

est siccus, incipit apparere, cum eius iterum propria uis crescit in ueris contraria, est & eius casus in signo Piscium.

DE TERMINIS. CAP. XXI.

Terminorum quidem modi duo sunt: quorum alter Aegyptius, alter uero Chaldaicus appellatur. At qui Aegyptius dicitur, maximè à domorum dominis accipitur: Chaldaicus autem, à dominis triplicitatum assumitur. Sed Aegyptius, nec in ordinibus semper, nec in uniuscuiusq; quantitatibus, id quod pro radice generaliter est positū, in terminorum modis ueraciter mutatur. Nam primos in ordine domorum dominis, & quandoq; triplicitatum, quandoq; uero exaltationum dominis attribuunt: ut in Libra non à Venere, sed à Saturno: in Ariete quoq; non à Marte, sed à Ioue cœperunt. Si dominos igitur triplicitatum, & non alios secuti sunt, cur in Capricorno à Mercurio, & non à Venere sumpre exordium? Item si dominos exaltationum, & non alios secuti sunt, cur in Cancro à Marte, & non à Ioue initiantur? Rursus si in his non sequebantur nisi planetas, quorum plures sint prædictarum fortitudines, cur in Aquario principium cere à Mercurio, qui solam habet in ea triplicitatem: & non à Saturno, qui domū ibi atq; triplicitatem possidet? In Capricorno etiam à Mercurio, qui nullam habet autoritatem, ibi incepérunt. Reliquorū uero terminorum ordo ad hunc modum reperitur. In quantitatibus quoq; terminorum nullum ordinem obseruare uidentur, nam in horum omnium terminorum numero, qui unicuiq; planetarū colligitur, quem cum numero annorum planetæ eiusdem esse quātitatis denunciant, nulla est ratio quæ secundum hoc esse uitæ quantitas probetur. At si dixerimus, & concesserimus, quòd qui inde colligitur uerus sit numerus, aut ab Aegyptijs affirmatur, idem numerus fortasse colligetur, et si terminorum quantitates, multis diuersisq; modis uariarentur. Quidam autem, qui id in hoc affirmare uidentur, quod eis physica ratione satis uidetur sufficere, dicunt quòd cum tempora ascensionum terminorum uniuscuiusq; planetæ collecta fuerint, una eademq; quantitas in omnibus climatibus ex eis nascetur, quod falsum esse, manifestum est. Sunt etenim in hoc secuti, id quod in insipientium libro reperitur, & pro ascensionibus, equeales adiunctiones sumpserunt. hæc autem ueritati contrarium esse, nullus ambigit. Inuentum est enim in hoc libro, quòd ascensiones Virginis ac Libræ, in linea æquinoctiali linea parallela, quæ per inferiorem Aegyptiæ regionis locum habet transitum, sunt unicuique duorum signorum prædictorum 37 tempora, & triens, & quòd ascensiones etiam uniuscuiusq; duorum signorum, Leonis ac Scorpionis 36 sint tempora: sed geometrica ratione probatur, Leonem & Scorpionem plus 39 temporibus, Virginem autem & Libram, minus supradictis temporibus ascendere. Item hi qui hanc adduxere rationem, non eas secuti sunt terminorum quantitates, quas quamplures hominum affirmarunt. In multis etiam locis mentiri necessarium reperitur. At ut eorum sententia firmior appareret, gradus in minuta diuiserunt, nec tamē ob hoc eos ueraces, sed mendacissimos, in hæc, ut prædiximus, affirmamus. Eorum autem termini, quos hic prædictis ratiōibus uituperamus, sunt hi, uelut dixere, ut inferius. Quod autem ex prædictis gradibus unicuiq; istorum planetarum colligitur, est hoc. Saturno quinquaginta septem, Ioui 79, Marti 66, Veneri 52, Mercurio 76, quorum omnium collectio est 360 graduum,

TERMINI

In Ariete	Jupiter	6	Venus	6	Mercurius	8	Mars	5	Saturnus	5
Tauro	Venus	8	Mercurius	6	Jupiter	8	Saturnus	5	Mars	3
Geminis	Mercurius	6	Jupiter	6	Venus	5	Mars	7	Saturnus	6
Cancro	Mars	7	Venus	6	Mercurius	6	Jupiter	7	Saturnus	4
Leone	Jupiter	6	Venus	5	Saturnus	7	Mercurius	6	Mars	6
Virgine	Mercurius	7	Venus	10	Jupiter	4	Mars	7	Saturnus	2
Libra	Saturnus	6	Mercurius	8	Jupiter	7	Venus		Mars	2
Scorpione	Mars	7	Venus	4	Mercurius	8	Jupiter		Saturnus	6
Sagittario	Jupiter	12	Venus	5	Mercurius	4	Saturnus	5	Mars	4
Capricor.	Mercurius	7	Jupiter	7	Venus	8	Saturnus	4	Mars	4
Aquario	Mercurius	7	Venus	6	Jupiter	7	Mars	5	Saturnus	5
Piscibus	Venus	12	Jupiter	4	Mercurius	3	Mars	9	Saturnus	2

Alterum uero modum, quem Chaldaicum appellauerunt, per triplicitatum dominos ratiocinantur: sed eorum rationes, & apertiores, & magis sufficientes inueniuntur: & tamen nec in ordinibus, nec in quantitatibus, planetas, qui triplicitatis dominantur, semper imitantur. Horum autem sententia breuiter, & absq; libro, memoriae commendari potest. Primae namq; triplicitati, quæ est ex Ariete, Leone, & Sagittario, terminorum apud eos diuisio in uno quoq; signorum eius, una est, & eadem. Primum etenim terminum dant domino triplicitatis, qui est Jupiter: secundum domino triplicitatis sequentis, & est Venus: tertium autem & quartum, duobus dominis triplicitatis geminorum, qui sunt Saturnus ac Mercurius: quintum quoq; domino reliqua triplicitatis, & est Mars, Secundæ uero triplicitatis, quæ ex Tauro, Virgine, & Capricorno colligitur, unumquodq; signorum una eademq; diuisione partiūt: assignantq; primum terminum Veneri, propter eius in ea dominium: secundū uero & tertium, duabus dominis triplicitatis geminorum, qui sunt Saturnus & Mercurius: post hęc autem quartum Marti, Ioui reliquum assignauere. Hunc quidem ordinem maxime sequuti sunt in durabus reliquis triplicitatibus, præter quod tertiae triplicitatis, quæ duos dominos habere dicuntur, Saturnum scilicet & Mercurium, pri-
mam in die partem Saturnus, in nocte uero Mercurius assumit. Modus autem quantitatis terminorum, qui in uno quoq; signo reperitur, & qui suprà dictum obseruat ordinem, unus quidem est, & manifestus: nec eorum differunt quantitates, nisi æquali diminutione. nam unusquisq; terminorum, in quantitate unius gradus à precedente minuitur. Posuere etenim primum cuiusq; signi terminum octo graduum, secundū septem, tertium sex, quartum quinque, quintum autem quatuor, qui est finis triginta graduum. Ex quibus omnibus, in die colliguntur Saturno 78 gradus, in nocte uero 66, & Ioui 72, Marti 60, Veneri 75: Mercurio autem in die 66, in nocte uero 78. At istorum duorum, id quod ab Aegyptijs dictum est, magis ueritati concordat, eo quod Aegyptiorum librorum autores, ex hoc, quod nativitatibus inuenierunt esse commemoratum, eos collegerunt, & in suis ubris scripserunt, quas exemplari via graduum terminorum ordinauerant, in his, in quibus

CL. PTOLEMÆI QUADRI PAR.
 TERMINI CHALDAEORVM, SIVE BABYLONIAE.

Aries	Jupiter	9	Venus	7	Saturnus	6	Mercurius	5	Mars	4
Taurus	Venus	8	Saturnus	7	Mercurius	6	Mars	5	Jupiter	4
Gemini	Saturnus	8	Mercurius	7	Mars	6	Jupiter	5	Venus	4
Cancer	Mars	8	Jupiter	7	Venus	6	Saturnus	5	Mercurius	4
Leo	Jupiter	8	Venus	7	Saturnus	6	Mercurius	5	Mars	4
Virgo	Venus	8	Saturnus	7	Mercurius	6	Mars	5	Jupiter	4
Libra	Saturnus	8	Mercurius	7	Mars	6	Jupiter	5	Venus	4
Scorpio	Mars	8	Jupiter	7	Venus	6	Saturnus	5	Mercurius	4
Sagittarius	Jupiter	8	Venus	7	Saturnus	6	Mercurius	5	Mars	4
Capricor.	Venus	8	Saturnus	7	Mercurius	6	Mars	5	Jupiter	4
Aquarius	Saturnus	8	Venus	7	Mars	6	Jupiter	5	Venus	4
Pisces	Mars	8	Jupiter	7	Venus	6	Saturnus	5	Mercurius	4

in quibus opus haberent. Et quoniam hi, qui libros cōposuerunt, terminorum ordinem non scripsere, nec in suorum librorum aliquo numerauere, necessariò dubietates & deceptions in eis reperiuntur. Nos autem in quodam libro uetusissimo, cuius pars maior præ uetusate nimirum consumpta fuerat, perforata terminos inuenimus, in quo id quod ex ordine & quantitate temporū continebatur, naturaliter rationabiliterque fuerat ordinatū. Item in eo prædictarū nativitatum gradus reperimus, et quot etiā haberet unusquisque planetarū: cōcordabatque cum hoc, quod in libris priorū inuenitur. Erat etiā in eo sermo ualde longus, in quo ipsi termini multis necessarijs probabantur. Sed propter eius nimirum uetusatem, & crebrā foliorū perforationē, eum conscribere nequiuimus, eiusque rationes omnes nobis difficiles & obscurae uidebantur. Partes tamen terminorū, quae nos ad hęc intelligendū, multū iuuere, circa libri finē integrē & absque lesionē manserant, & quicquid illic ex terminis inuenimus, in hoc loco subiungitur. In ordine namque considerabatur in unoquoque signorū dominū exaltationis triplicatis ac domus, & quicunque eorū duas istarū haberet in signo potestates: & si foret in fortuna, præcedebat in ordine. Quod si modus infortuniarū non sic inueniretur, in fine signorū ordinabatur, & item præcedebant exaltationis domini: postea triplicatum, deinde domorū domini subsequebantur, secundum signorum ordinē. Quicunque uero duas haberet in signo potestates, habenti unam potestatem, in ordine præponebatur: præter quod in Leone & Cancro, qui sunt Solis & Lunæ domicilia, quibus termini non assignantur, primū uniuscuiusque signi terminum alteri infortuniarū assūpererūt. Nam primum Cancri terminū Marti, Leonisque primum Saturno donarunt. Istorūque duorū planetarū ordo in his duabus signis perhibebat, eo quod in alijs omnibus ipsi locabātur extremi. Modus itaque quantitatis terminorū est ita, cum alicuius planetarū nec in eodem signo, nec in sequentibus, usque ad quartū signū, duae potestates inueniebantur: si esset aliqua durarū fortuniarū, quae sunt Jupiter & Venus, septē ei gradus assignabant. Si uero foret infortuniarū altera, quae sunt Saturnus & Mars, quinque gradus ei doabant. Mercurio autem, quoniam est cōmixtus, sex gradus attribuebant, qui sunt finis

finis 30 graduum. Et quia quidam eorum duas habent potestates, ut Venus, quae in Tauro domum habet, & triplicitatem augmentetur etiam in eo eius potestas: et ideo, quia Luna nihil habet in terminis, unus eius gradus, sic se habebit superadditur, siue in eodem signo, siue in sequentibus usque ad quartum, haec habuerunt. Inuenimus etiam in praedicto libro, unicuique istorum super pro nota punctum unum. Ille ergo gradus, qui termino planetae duas habenti potestates superadditur, a residuis planetarum terminis, unam solam ibi potestatem habentem afferatur, maximeque Saturno primum, deinde Ioui surripiebatur, eo quod tardus est eorum motus. Hi autem termini sic ordinantur: ex quibus in unum redactis, Saturno 57 assignantur, Marti 67, Veneri 82, Mercurio 76, Ioui 79. qui simul collecti, gradus 360 efficiunt.

TERMINI PTOLEMAE I, SEV AVTORIS IGNOTI.

Aries	Iupiter	6	Venus	8	Mercurius	5	Mars	5	Saturnus	4
Taurus	Venus	8	Mercurius	7	Iupiter	7	Saturnus	2	Mars	6
Gemini	Mercurius	7	Iupiter	6	Venus	7	Mars	6	Saturnus	4
Cancer	Mars	6	Iupiter	7	Mercurius	7	Venus	7	Saturnus	3
Leo	Saturnus	6	Mercurius	7	Mars	5	Venus	6	Iupiter	6
Virgo	Mercurius	7	Venus	6	Iupiter	5	Saturnus	6	Mars	6
Libra	Saturnus	6	Venus	5	Mercurius	5	Iupiter	8	Mars	6
Scorpio	Mars	6	Venus	7	Iupiter	8	Mercurius	6	Saturnus	3
Sagittarius	Iupiter	8	Venus	6	Mercurius	5	Saturnus	6	Mars	5
Capricorn.	Venus	6	Mercurius	6	Iupiter	7	Saturnus	6	Mars	5
Aquarius	Saturnus	6	Mercurius	6	Venus	8	Iupiter	5	Mars	5
Pisces	Venus	8	Iupiter	6	Mercurius	6	Mars	5	Saturnus	5

DE DODECIMIS. CAP. XXII.

Si uerum quidam, qui per partes, praedictis partibus breuiores demum diuiserunt eas, locos & gradus nuncupantes, locos scilicet duodecimam unius signi partem dixerunt, quae est duorum graduum & semis: posuerunt etiam eorum dominos, dominos domorum, secundum signorum successionem. Quidam uero per alias partes, per x scilicet signa diuiserunt, sicuti sunt in ordine, id quod Chaldei in terminorum ordine sequebantur. Sed quoniam istorum modus inconueniens est, eum postponendum fore putamus: aliuero modum, quem imitari debemus, quia conueniens est, imitabimur. In duodecimis igitur & terminis a duobus punctis aequinoctialibus, & duobus solstitialibus, prout librorum autores explanauerere, incipiemus. Et quoniam nature uires, earumque similitudines propriè apprehenduntur, non nisi a duobus punctis aequinoctialibus, & duobus solstitialibus, uelut praedictissimum, incepserunt, nec ullam aliunde incipiendi habuere occasionem. Nam si aliud initium praeter haec reperiretur, oporteret necessario, ut in eorum natura, in istius scientiae profectione, nil proficere concedatur: uel ut in aliquo prodesse, & concedatur & obseruetur. Quod si quis concesserit, decipietur, eo quod circuli signorum partes, per quas haec uires eueniunt, non obseruauerit.

Aries	Masculin.	8	Fœminin.	1	Masculin.	6	Fœminin.	7	Masculin.	8	
Taurus	Fœminin.	5	Masculin.	6	Fœminin.	6	Masculin.	4	Fœminin.	3	Masculin. 6
Gemini	Fœminin.	6	Masculin.	11	Fœminin.	6	Masculin.	4	Fœminin.	3	
Cancer	Masculin.	5	Fœminin.	6	Masculin.	2	Fœminin.	2	Masculin.	11	Fœminin. 4
Leo	Masculin.	5	Fœminin.	3	Masculin.	7	Fœminin.	8	Masculin.	7	
Virgo	Fœminin.	8	Masculin.	4	Fœminin.	8	Masculin.	10			
Libra	Masculin.	5	Fœminin.	5	Masculin.	11	Fœminin.	7	Masculin.	2	
Scorpio	Masculin.	4	Fœminin.	6	Masculin.	4	Fœminin.	5	Masculin.	9	Fœminin. 3
Sagittarius	Masculin.	2	Fœminin.	3	Masculin.	7	Fœminin.	12	Masculin.	6	
Capricor.	Masculin.	11	Fœminin.	8	Masculin.	11					
Aquarius	Masculin.	5	Fœminin.	7	Masculin.	6	Fœminin.	7	Masculin.	5	
Pisces	Masculin.	10	Fœminin.	10	Masculin.	3	Fœminin.	5	Masculin.	2	

Aries	19		Libra	3	5	21
Taurus	3		Scorpio	7	13	20
Gemini	11		Sagittarius	13		
Cancer	3 15		Capricor.	12	13	14 20
Leo	3 5 7 17		Aquarius	7	16	17 20
Virgo	3 13 20		Pisces	13	27	

DE ALMVGEA, ID EST,
in visione ad inuicem facie ad faciem: & de
Alchinara, id est splendore, & his
similibus. Cap. XXIII.

ERATICARUM quidem stellarum si
militudines signis fiunt, uelut
prædiximus. Item quod planetæ pro
priè habeant almugeam, similiter

ostenditur, cum eorum unusquisque aliquam in figura, cum Sole uel Luna so-
ciatem habuerit, modo qui dicitur almugea, hoc est, ut sit inter unumquemq;
& Solem ac Lunam, ex longitudine, quantum est inter ipsius domum, & do-
mum Solis aut Lunæ ex longitudine: ueluti si Venus esset in sextili aspectu alte-
rius luminaris, ita quod à Sole occidetalis, uel à Luna foret orientalis, esset tunc
in almugea. Hic est ergo modus almugea uniuscuiusque planetarum cum lumi-
naribus. Hoc autem sequitur alchinara, quæ fit, cum fuerit in sua haiz, & in eius
simili, ex locis sibi cōuenientibus. Cumq; duas uel plures autoritates aliquis eo-
rum habuerit in loco sui gaudijs, & honoris esse dicitur, eorumq; uires tunc au-
gmentantur, eo quod signis, in quibus sunt, assimilantur, quæ uires eorum ad-
iuuant. Dicuntur etiam gaudere, cum signis, in quibus fuerint, prædicto modo
non assimilantur: sed planetæ, quæ fuerint ex eorum haiz, ipsorum locis assimilantur:
quæ similitudo licet remotissima sit, est tamen aliqua. Cumq; in locis ex-
traneis, scilicet in haiz contrarijs inueniuntur, eorum uires propriæ ivalde de-
crescent: & tunc sunt eorum complexiones signorum, in quibus fuerint
complexionis contrarie. Quapropter fiet ex hoc opus
ex duabus naturis collectum.

DE CON-

DE CONTIN VATIONE, ET SEPARATIONE, ET
alijs uirtutibus. Cap. XXIII.

Huius capituli generale est uerbū, quod planetae qui præcedunt, & qui aliorū
quæ duabus medietatibus corporū duorum planetarū maior existat, si fuerit alicti-
sal ex cōiunctione, uel ex dictarū figurarū aliqua. Propter qd utile est, in alictisal
cōiunctionis eorū latitudinē cōsiderare. Similiter etiā ualeret in talnisigref cōiun-
ctionis eorū latitudinē cōsiderare. In alictisal aut, ceterarū figurarū hic obserua-
re superuacaneū est, eo quod omnes eorū radij usq; ad terrā dimidiū semper ex-
tenduntur, ibiç ex omni parte coniunguntur. Manifestū est etiā ex præmissis, quod
omnium planetarū uires inuestigādæ sunt, ex eorū naturis proprijs, & ex signis,
necnō ex figuris quas habent in collatione Solis, anguli qç secundū horū omnīt
prædictū modū. In horum autē uirū quātitate scire debemus, quod cum fuerint
orientales, & eorū motus proprius augmentabitur, erunt quam fortes esse poten-
tia. Cumq; minuetur eorū motus, occidentalesq; fuerint, erunt debiles quantū
esse quibūt. Idem etiā eis cōtingit secundū suorū horizontū qualitatē. Nā cum
in cœli medio fuerint, uel cum ad cœli mediū ascēderint, erūt fortissimi: gradatim
autē à fortitudine declināt, secundū eorū à cœli medio remotionē. Cum enim in
ipso orientalī puncto horizontis extiterint, nō erūt ita fortes, in occidētali uerò
minus. Et cum sub terra fuerint in oppositione medijs cœli, uel inter occidentem,
& angulum terræ, minus adhuc fortes existēt. Similiter etiam fortes esse dicunt,
cum nō ex hac, sed ex alia figura alī quam habuerint cum ascendentē societatem.
Cum autē istorū nil fuerit, debiles erunt, & nullā fortitudinem habere putabunt.

CL. PTOLOMAEI QVAD RIPAR
TITI, LIBER II.DE GENERALI DIVISIONE HVIUS
scientiæ. Cap. I.

FORVM itaq; in quibus præmittēda sustentātur, & quibus in inquisi-
tione pronosticādi particularia uti oportet, ea quæ generaliter à no-
bis præmissa sunt, satis sufficiūt. Nunc autē uelut cōtinens est sermo,
particulariū que hoc modo pronosticādi deprehendant, post p̄dicta
subiungātur, in quo directū tramitē rebusq; naturalibus cōuenientē
exequemur. Dicemus ergo, quod quia stellarū pronosticatio in duo diuidit, que
sunt maiores & potiores eius partes, quarum prima & quæ est uniuersalis, illa
pars est quid in regionib; ac terris futurū sit, uocaturq; pars uniuersalis. Secunda
uerò pars quæ prædicta minus est uniuersalis, est illa qua quid unicuiq; futurum
sit deprehenditur, nominaturq; natuitatū scientiā. Uniuersalem partem præmit
tendam dignum fore putau, eo quod hæc uniuersalis alteratur occasionibus,
quæ particularium fortiores & maiores esse dicuntur. Quapropter quia débiles
naturæ sub fortioribus, & particularia sub uniuersalibus, in suis omnibus quali-
tatis continēt, necesse est ut qui obseruare querūt particularia, ea quæ sunt
uniuersaliora, & maioris occasionis prius obseruare festinēt. Et quoniam ex his
uniuersalibus obseruationibus, quædam generalia regionū indicāt, quedā uerò
generalia terrarū, quedā etiā impedimenta maxims & generalia, uelut prælia, mor-
talitates, fames, terremotus, submersiones, & his similia: quædam autē minora, his
p̄dictis impedimenta demonstrāt, quæ in quibusdā horis cōtingunt, ut anni, tēpo-
rum mutationes, caloris ac frigoris, ac uentorū augmēta, eorumq; diminutiones,
intēsiones etiam earū, atq; remissiones, abundantia pluuiarū, ac siccitates, & his
similia. Et quia quod ex his duabus partibus præredit, est sciētia eorum: etiā quæ
generaliter in regiōibus futura sunt, magnorūq; impedimentorū, propter prædi-
ctas occasiones. In qua rerum cognitione duobus propriè utimur, quorum alter-
um est signiorum & stellarum in unoquoq; climate similitudo: alterum uerò
sunt signa in horis, & horis, ac in similibus partibus contingentia, secundum Lu-

næ ac Solis eclipticas coniunctiones, atq; prouætiones, atq; secundum erraticarū stellarum de sub radijs apparitiones, earumq; secundū stationes. Naturalem sermonem cōmuniū qualitatū præmittimus, super quas omnium gentium qualitates, in maiori parte proprias adiungemus, quæ sunt corporis & animæ, cum nō longè sint à modis naturalibus, qui per stellas signaq; similia contingunt.

DE V N I V E R S A L I B V S P R O P R I E T A T I B V S C L I M A T V M. Cap. II.

SVNT quippe quædam gentium proprietates, quæ generaliter in lineis parallelis, & angulis terræ contingunt, propter eorum similitudines cum circulo signorum ac cum Sole. Nam quia pars illa terræ, in qua sustentamur, est in una

Septentrionali-
les.

duarum quartarum septentrionalium, his qui in ea morantur, sub lineis parallelis meridiei proximioribus, & sunt lineæ quæ protenduntur inter punctum solsticialē æstivalem, & punctum æquinoctialē, Sol per zenith suorum capitū currit, eosq; comburit, ideoq; nigra sunt eorum corpora, nigriq; crines ac crissi cum asperitate, facies eorum sicca, & corpora macilenta. naturæ quoq; eorū sunt calide, & animæ qualitates in maiori parte sunt crudeles, propter longam & as-

Aethiopes.

fiduam Solis morā in eorū regionibus: & hi sunt qui generaliter Aethiopes ab eis uocantur. & non solū in his hæc caloris qualitas eis apparet, uerum etiam in aëre circundante, calor intensus in omnibus animalibus, & in uegetabilibus que apud eos sunt deprehēditur. In illis autē qui sub lineis parallelis propioribus Septentrioni morantur, id est, qui in locis sub t̄ Enetnā positis habitat, quia magna est eorū remotio à circulo signorum, & solis calorē uincit frigiditas: qua ppter quia est magna eorū humiditas, multeq; uegetationis, nec est apud eos calor, qui eam desiccat, sunt eorū colores albi, & crines plani, corpora magna atq; carnosa. frigidae sunt etiā eorū nature, necnō eorū habitudines. Similiter sunt feroce propter longā & asidiuā frigoris morā in eorū habitationibus. est etiā secundū earū rerū qualitates, hyemalis qualitas in eorum aëre, & magnitudo est in herbis, tardēq; coēunt animalia: hi quidem sunt qui secundū maiorē partē Sclaui dicunt. At qui morantur inter punctū solsticialē æstivalem, & benetnā, quia Sol ad zenith suorū caput nō peruenit, nec ab eis in hora meridiei multū elongatur: & quoniā est eorū aëris cōplexio temperata, & quādoq; uariantur, propter qd nō grādis ei accedit uariatio de calore ad frigus, mediocres habent calores. est & eorum corporū magnitudo moderata, natura q; bona cōplexionis. & sunt eorū habitatiōes absq; interuallis, animæ uero qualitates domesticæ sunt & suaves. Horū aut̄ hi qui meridiei sunt propiores, in maiori parte melioris sunt ingenij, & acutioris intellectus,

Alias Vrsa.

& in scientia rerū stellarū fortiores, propter circuli signorum, & stellarū erraticarum loco zenith capitū eorum propinquitatē, suarum etiā animarum motus, stellarum motibus assimilantur, in festinatione subita perueniendi ad rem, & in hoc quod sunt inuestigatrices & obseruatrices scientiarum, quæ dicuntur Attahalem. Sed qui generaliter orienti sunt propiores, maioris sunt masculinitatis, & fortiores animæ, omniumq; suarū rerum detectores existunt, eo quod orientalem partem ex natura Solis, atq; diurnam masculinā itē & dextram esse dicendū est: quē admodū & in animalibus dextre partes conuenientiores, & in uigore fortitudineq; ualidiores inueniuntur. Qui autē in occidētali parte morātur, magis sunt fœminini, animæq; suæ molliores, sua etiā in maiorē partē tegunt & abscondūt, eo quod hæc pars lunaris est. Lunæ uero primus ascēlus, & prima eius post cōiunctionē apparitio semp est in ea parte, à qua uentus occidētalis suos flatus emittit, quapropter hæc pars fœminina nocturna, sinistra dicit in contrariū scilicet partis orientalis. In unaquaq; uero iſtarū partiū uniuersaliū particulares debet esse qualitates, ex animæ qualitatibus ac morib⁹ naturalibus. Nā sicut ambiētis aëris qualitates in p̄dictis locis secundū maiorē partē calidis, uel frigidis, seu tēperatis inter se differūt, ita se habet eorundē locorū atq; terrarū, p̄prietas ad augmentū, uel diminutionē, siue propter ordinē loci in dispositione, seu propter eius elevationē, uel depressionē, uel propter hoc quod iuxta ipsos est. Et ut quidam rursus propter suorum agrorum habilitatem, propriæ sunt agricultores, quidam uero sunt

Sclavi.

Meridionales.

interuallis, animæ uero qualitates domesticæ sunt & suaves. Horū aut̄ hi qui meridiei sunt propiores, in maiori parte melioris sunt ingenij, & acutioris intellectus,

Orientales.

& in scientia rerū stellarū fortiores, propter circuli signorum, & stellarū erraticarum loco zenith capitū eorum propinquitatē, suarum etiā animarum motus, stellarum motibus assimilantur, in festinatione subita perueniendi ad rem, & in hoc

Alias quadri-

uirales sciētiae. Sed qui generaliter orienti sunt propiores, maioris sunt masculinitatis, & fortiores animæ, omniumq; suarū rerum detectores existunt, eo quod orientalem partem ex natura Solis, atq; diurnam masculinā itē & dextram esse dicendū est: quē admodū & in animalibus dextre partes conuenientiores, & in uigore fortitudineq; ualidiores inueniuntur. Qui autē in occidētali parte morātur, magis sunt fœminini, animæq; suæ molliores, sua etiā in maiorē partē tegunt & abscondūt, eo quod hæc pars lunaris est. Lunæ uero primus ascēlus, & prima eius post cōiunctionē apparitio semp est in ea parte, à qua uentus occidētalis suos flatus emittit,

Occidentales.

quapropter hæc pars fœminina nocturna, sinistra dicit in contrariū scilicet partis orientalis. In unaquaq; uero iſtarū partiū uniuersaliū particulares debet esse qualitates, ex animæ qualitatibus ac morib⁹ naturalibus. Nā sicut ambiētis aëris qualitates in p̄dictis locis secundū maiorē partē calidis, uel frigidis, seu tēperatis inter se differūt, ita se habet eorundē locorū atq; terrarū, p̄prietas ad augmentū, uel diminutionē, siue propter ordinē loci in dispositione, seu propter eius elevationē, uel depressionē, uel propter hoc quod iuxta ipsos est. Et ut quidam rursus propter suorum agrorum habilitatem, propriæ sunt agricultores, quidam uero sunt

orientales. interuallis, animæ uero qualitates domesticæ sunt & suaves. Horū aut̄ hi qui meridiei sunt propiores, in maiori parte melioris sunt ingenij, & acutioris intellectus,

& in scientia rerū stellarū fortiores, propter circuli signorum, & stellarū erraticarum loco zenith capitū eorum propinquitatē, suarum etiā animarum motus, stellarum motibus assimilantur, in festinatione subita perueniendi ad rem, & in hoc

nautæ

nautæ propter maris affinitatē. Quidam aut̄ sunt diuites propter suæ regionis fer
tilitatē. Similiter in unaquaq; regionū proprias hominis naturas inuenimus, se-
cundū naturalē similitudinē, quæ est inter climata particularia & stellas ac signa.
Has uero prædictas uariatiōes non nisi secundū maiorē partem protulimus, quin
aliter ideo, nō tamē q̄ ut prædiximus, in rerū singulis euenire possit. Nunc aut̄ ne
cessē est, ut nominatim in oportuna quātitate particularia generaliter indicemus.

DE SIMILITUDINE REGIONVM CVM TRIPLO.

citatibus & stellis. Cap. III.

Quoniam igitur figuræ triplicitatum quæ formantur in circulo signorum, sunt
quatuor, uelut ostensum est in præmissis: & Arietis, Leonis ac Sagittarij tri-
plicitatē inter septentrionē & occidentē esse diximus, cuius primus dominus est
lupiter, estenim septentrionalis: cuius Mars in dominio associat, quoniā est occidē-
talism: Tauri uero, Virginis & Capricorni triplicitatē inter meridiē & orientē, cuius
primus dominus Venus, quia est meridiana, eiç p̄ dominio Saturnus associat: est
enīm orientalis. Geminorū autē, Libre & Aquarij triplicitatē inter septentrionalē
& orientē, cuius primus dominus Saturnus, quoniā est orientalis, eiç lupiter in do-
mino associat: est enīm septentrionalis. Cancrī quoq; Scorpionis, ac Pisciū tripli-
citatem inter meridiē, & occidentē, cuius primus dominus Mars, est enīm occidē-
talism, cui Venus in dominio, quia meridiana est, associatur. Quoniā hæc ita sunt,
habitationisq; nostræ locus, in quatuor partes diuiditur, quæ triplicitatibus nu-
mero sunt æquales, eiusq; latitudo diuiditur à linea quæ tansit p̄ nostrū mare, &
incipit à loco qui uocatur trāitus Herculis, peruenitq; ad flumen qui dicitur Ci-
ticon, & est in dorso montano, quod ei ex orientali parte subsequitur, & per hanc
lineā diuiditur, quod est inter septentrionē & meridiē. Longitudo uero ipsius à
linea quæ transit per flumen occidētale, & per pelagus quod Aggion Nabartis
nūcupatur, & per stagnū quod Mantis appellatur, & hæc linea diuiditur quod
est inter orientē & occidentē. Hæc quatuor quartæ, triplicitatibus in dispositione
cōueniunt. Habitabilis igitur loci prima quarta, quæ inter septentrionē & occidē-
tem ponitur, ea in parte terrarū est, quæ uocatur Felitogalatiae, & sunt terræ quæ
generaliter Europa appellatur. Quarta uero in illius oppositione, posita inter me-
ridiē & orientē, in parte terrarū est, quæ nuncupatur Ithosiæ orientales, & pars me-
ridiana terrarū est, quæ dicuntur Asia maior. Tertia quidē quarta inter septentrionē
& orientē constituta, in parte terrarū quæ uocatur Sefume collocatur, & est in
parte septentrionali maioris Asie. Quarta aut̄, quæ in huius oppositione inter occi-
dentaliū meridionaliumq; uentorū flatus ponitur, in parte terrarū quæ dicuntur
† Ithosiæ occidētales ordinantur, quæ generaliter nominantur † Lingue. Itē in una
quaq; istarū prædictarū quartarū, quod ex suis partibus, circa totius habitabilis
terræ dimidiū continetur illius ordo, respectu illius quartæ cuius pars est, disposi-
tioni eiusdem quartæ, respectu totius habitabilis terræ contrarius est. Nā in quar-
ta, quæ † Vrukīn dicitur, quæ respectu uniuersæ terræ habitabilis inter septen-
trionem & occidentem cōstituitur, illius ordo quod circa terræ dimidiū est angū *ropā*.
lo, qui est in oppositione illius anguli, in quo hæc quarta conformatur appropin-
quat, & est meridianus orientalis. Idē & in alijs quartis indubitanter eueniet, ita
qd unaquæq; istarū quartarū, duabus triplicitatibus adiuvicē oppositis assimile-
tur. Ipsius etiā partes quæ circa terræ dimidiū sunt ei, cui illa pars appropiat, quæ
etiā in contrariū illius, cui generaliter illa quarta appropinquit, appropiat. Aliæ aut̄
partes ipsius generali qualitatē illius, quartæ concordabunt. Oportet etiā ut cum
stellis triplicitatis ipsius quarte, in similitudine stellæ, quæ in cæteris triplicitatib.
dominiū habent, accipiātur. Et necesse est ut in omni habitatione sumātur stelle,
quæ ipsi triplicitati solummodo dominantur in unaquaq; quarta, præter in illis par-
tibus quæ sunt uersus medietatē habitationis in quibus stella Mercurij, cum stel-
lis quæ triplicitatibus dominantur, accipiātur, quoniā est ex cōmuni cōmixtoq;
genere. Necesse est igitur secundū hunc ordinem, ut partes quæ sunt inter septen-
trionē & occidentē habitabilis terræ, id est, illa quarta, quæ Vruben appellat, tri-
plicitati

Alias Libya

deserta.

Alias Inoquia.

Alias Eu-

ropa.

LXXXV

Prima quartæ

plicitati quæ est inter septentrionē & occidentē assimilat, quæ triplicitas ex Arie te, Leone ac Sagittario colligitur, & generaliter erūt domini istius triplicitatis Iupiter & Mars, cum fuerint uestertini. Generales autem gentes has partes inhabitan tes, sunt homines terræ Britāniae, Galatiae, Germaniae, Bestraniæ, Italiae, Gal liae, Appuliae, & Siciliae, Tormiae, Calite, nec non & Hispaniae. Oportet igitur ut quamplures istarum regionum homines propter istius triplicitatis dominium, & propter stellas eorum dominatrices, non humilientur, sed libertatem appellent, & arma concupiscant, laborent, & sint bellicosissimi: nec non periti regiminis, nitidi sint, ac mundi & magnanimi. Atq; Iupiter & Mars in istorum associantur domi nio, cum sint uestertini. & quoniam huius triplicitatis prime partes sunt masculi nae, postremæ uero fœmininæ, accidit his gentibus circa mulieres non esse zeloty pos, sed earum cōcubitus uilipendere, sodomiticumq; scelus magis appetere, & circa hoc plus zelotypos existere: & qui hoc perpetrauerit, se turpe quid commis sse non extimet: ille uero in quem hoc perpetravit, ut in hoc effœminetur & mollescat, & ut postponendum sit, nullatenus putet. Animositates etiam tentare con suescant, & in bonis operibus ac fidelitate uersantur, consanguinitates diligunt, & omne quod bonum est & honestum ac laudabile non postponunt. Secunda

Secunda. uero quarta meridiana, pars est Asiae maioris, cuius partes cōtinentes, Indię regiones & Arbalui, Caurosiæ, Fathathiae, Nudhiae, Parthiæ, Babyloniae, insulæ atq; regiones Assur: quarū omnium situs, respectu totius habitabilis regionis, est in par te orientali meridiana, triplicitati quæ est inter meridiē & orientē, quæ ex TAUro, Vīrgine, & Capricorno cōstituitur, assimilaridebēt. Harū quoq; regionū domini sunt Venus & Saturnus, cū sunt matutinales. Quapropter naturę has habitantū regiones, horū duorum dominorū naturas imitantur. Venerē nanquennerantur, & uocant eā Asis, Saturnum autē Solem lucidum appellant. Quidam etiam horū sunt qui futura prēnunciāt, custodiūt & accuratē obseruant membra generantia, & illa pro diuinantib. habent, eo quod p̄dictis stellis, quæ naturaliter sunt eodē modo generatrices assimilātur: suos etiā parentes uenerantur. Sunt homines calidi, qui uenereo actus multū exercent, & in eis plus quam oporteat sollicitantur: sunt saltatores, & salientes, instrumentorumq; musicorū tactores. eorū quoq; cor pora sunt apta carneitatis. semetipsos pingūt & adornāt propter Venerē. mores etiā eorum pleni sunt propter Saturnū, & manifestē, non occultē, propter matutinalē figuram, cū mulieribus coēunt, sodomiticū scelus uiriliter abhorret, ideoq; quamplurimis eorum accidit ex proprijs mulieribus filios procreare. In hoc etiā cum pectoribus indicant, assimilantur propter matutinalem ascensionē: & quia dominatrix corporum, uirtus, quæ cordibus eorum inest, fortitudini Solis assimilantur. Sunt etiam secūdum maiorem partem in modis induendi se, & inuenustādi, ac in omnibus quæ corpori pertinent, molles & effœminati, propter uenereas qualitates: sunt & magnanimi, fortes bellatores, quia Saturnus est orientalis. Item cum hæ regiones diuiduntur, qui sunt ex regionibus Farachiae, Nudhiae, Parthiæ, Tauro & Veneri assimilabuntur. Ideoq; harum terrarum habitatores, uestimentis uenereo calores habentibus utuntur, quibus totum corpus tegunt, præter pectus, & generaliter effœminati sunt & delicati. At qui & Vīrgini & Mercurio assimilantur, sunt Babylonii, cultoresq; insulæ, & regionū Assur. Quapropter hi sunt in doctrinalibus periti, & stellarū motū obseruatores. Qui autē Capricorno & Saturno assimilātur, sunt Indi, Arbalui, & Taurosi, ideoq; deformes & sor

Tertia. didi: animarū suarum qualitates sunt ferociissimæ. Tertia autē quarta est in septentrionali parte terrarū, Asiae Maioris, cuius partes Armeniā continent, & Curiuciam, Marichiam, Baccatraiam, Falluiran, Zufan, Romaticam, Sarmaticas, quæ sunt mulierum regiones, Tusciana, & terras Ascade, quæ sunt partes septentrionalis, orientalis totius habitabilis regionis, triplicitati, quæ est inter septentrionem & orientem assimilantur, quam Geminorum & Libræ, Aquarij, signum componunt: cuius domini sunt Saturnus & Iupiter, cum sunt orientales. Ideoq; harum incolæ regionum, iouem uenerantur & Solem. Quibus aurum & di sapientes

uitiae multum affluunt, & eorum actus nitidi sunt & formosi, ac uelut oportet. sunt item sapientes, & diuina inquirunt, & obseruant animarum suarum qualitates, à ueritate & iustitia nō declinant, sunt liberales, intellectusq; boni, ac immutabiles, nequitias abhorrentes. Integra est & incorruptibilis eorum amicitia, pro consanguineis rebusq; laudandis & honestis, morti se leuiter tradunt. sunt casti & abstinentes. carissimis intendunt uestibus, grandia donant, actusq; sui sunt praedicti. hæc autem in maiori parte offert Saturni Iouisq; societas in hæc, quod sunt orientales. Has itaq; regiones triplicati quæ est inter meridiem & occidentem, quæ ex Cancro & Scorpione ac Piscibus constituitur, assimilamus, in cuius dominio Mars & Venus ac Mercurius associantur. Qua de re quamplures harum incole regionum Venerem uenerantur: & eam multis differentibus, earum dem terrarum nominibus appellant. Martem autem Idæum, & quibusdam alijs uocabulis nominant, quibus multa secreta ascribunt. Sunt homines laboriosi, ac miseriарum infelices, & circa nequitias proclives, in prelijs & expeditionibus, ac in rapinis & uiarum abscissionibus conducuntur. inter seruos reputantur, & in prelijs moriuntur, propter dominium Martis & Veneris in eis, quum sint orientales. Item Martis exaltatio est in trino Veneris aspectu, in Capricorni scilicet signo. Venus autem in trino Martis aspectu, quod est signum Piscium, exaltatur. Quapropter eorum uxores eos ex toto corde diligunt, & multum sanè conciliantur. in proprijs dominibus assidue moratur. sunt magni laboris, atq; in seruitutem redactæ, generaliter quidem sunt ualde laboriosæ ac depressæ. Horum autem hi qui sunt in regionibus Bathoniae, Ferogiae, Felogiae, Cancro & Lunæ assimilantur. Ideoq; quamplures earum habitatores, sunt homines timoris & humilitatis, & propter Lunæ orientalem ac eiusdem figure masculinitatem, in quamplurimis earum uxoribus est uirilitas, dominium et segregatio: sicut & in mulieribus quæ dicuntur Amazones, quæ à uirorū connubijs aufugiunt, & arma diligunt. sunt etiam suorū patrum memores, à cunabulis cum eis dextræ mamillæ expeditionū itinera secantur: quæ membra detegunt, cum bellare aggrediuntur, ut in eis muliebris natura minimè fore putetur. At qui Syriæ, Cumachiae, Canadochiæ partes inhabitant, Scorpioni & Marti assimilantur. Quapropter quamplures eorum sunt instabiles, deceptores, proditores, magniç; laboris. Viri autē Ludhiae, Filiæ, Macholie, Piscibus alsimilantur et Ioui. Ideoq; propriè sunt homines multarum pecuniarū, bonaç; societatis, atq; mercationis, liberalitatis etiā, fidelitatis in omnib; suis negocijs. Residua uero quarta est in parte quæ generali nomine Lynoy nominatur, cuius partes cōtinentes regiones Numidiæ, Iarfinodiæ, Africæ, Cadbaniæ, loci Cemunitis, Harmaticæ, Mauritaniae, Hatoliæ, Metegonatæ, quorū omniū situs est in parte meridiana occidētali totius habitabilis regionis. Triplicati, quæ est inter meridiē & occidentē assimilantur, quæ ex Cancro, Scorpione & Piscibus colligitur, huīus autē domini sunt Mars & Venus, quum sint uespertini. Quapropter quamplurimis istarum regionum propter horū duorum planetarum societatem, regem & reginam eiusdem matris sobolē in eis pariter regnare, uirum scilicet uiris, mulierem uero mulieribus dominari cōtigit. & semper hanc de progenie obseruant consuetudinem. Eoru naturæ sunt calidissimæ: in coēundo superabundant, ita quod eorum cōiugia fiunt uia atq; rapina. Multo-ties etiam eorum rex cum alienis sponsis, priusquam earū sponsi, uenereos actus exercet. & quorundam eorum sunt uxores cōmunes inter ipsos. Ipsi quoque pīcturas & ornatus concupiscunt, & se more scemino adornant propter Venetrem: animi tamē eorum sunt uiriles, uersuti, apparitores, diuinatores, proditores ac deceptores: pericula non metuētes, propter Martem. Horum autem qui sunt in partibus Numidiæ, Iarfinodiæ & Africæ, Cācro propriè assimilātur & Lune. Quapropter sunt uiri societatis & mercationis, magnaç; pinguedinis. Illi uero qui sunt in parte terrarū Metagonicæ, Mauritaniae, Hatoliæ, Scorpioni propriè assimilātur & Marti. Ideoq; sunt suarum animarum qualitates ferales. sunt contemptores, placitatores, & multarū carnium comestores, nec pericula formidant, uitam

tes, uitam nihil pendentes, ita quod eorum quidam alios pro nihilo interficere du-
cunt. At illi qui sunt in parte terrarum Fadlianæ, loci Cemunitis Harmaneboæ,
Piscibus assimilantur & loui, quapropter suarum animalium qualitates sunt libe-
rales, & plane sunt operum amatores, gratiarum redditores, uerique timoris: nechū
milianturn quamplures eorum, propter louē quem uenerantur, & uocant Hamō.
Aliæ autem istius quartæ partes, quæ sunt uersus dimidiū habitabilis terræ, sunt
terrae Curinacæ, Marmaricæ, Aegypti, Tabneis, Auesis, Taragæ, Dhiticæ, Dha-
mæ, Aramæ, lumemedæ, quæ sunt terræ Alhabei, mediae, et sunt hæ oës regiones
uersus Septentrionalē partē orientalē istius quartæ, alsimilaturque triplicati quæ
est inter Septentrionem & orientem, quæ ex Geminorum, Libræ, & Aquarij si-
gno componitur. In cuius domino Saturnus & Iupiter & Mercurius associan-
tur, quoniā in istarum regionum dominio quinq; planetæ erratici, quum uespertini
sunt, frequentius associantur. Earum incolæ Deum diligunt, ueritatem uenerantur,
rebus creatoris adhærent, suorum funera deflent, mortuos sub terra sepeliunt & ab-
scondunt, quia sunt uespertini: mores eorum sunt differentes, animalium qualitates,
actus & eorum leges sunt quamplures. Quum quis eis dominatur, illi obediunt &
humiliantur, & tunc in eis uincit pusillanimitas ac uerborum humilitas. Quum
autem alijs ipsi dominantur, eorum animæ sunt conuenientes cogitationesq; ma-
ximæ. Viri multis ducunt uxores, & mulieres quoq; multis nubunt uiris, circa
uenereos actus multū anxiāntur, cum proprijs coēunt sororibus, & cū homini-
bus etiā multos procreant filios, & eorum uxores citò prægnantur: sicut in eorum
regionibus multū crescunt & augmentantur omnia. Eorum quidem quamplu-
rimum uirorum animæ sunt molles & fœmininæ. Quidam etiam eorum mēbra
generantia uilipendunt, propter Veneris & infortuniarum societatem in qualitate
vespertina. Istorum autem hi sunt qui in parte uespertina, quæ uocatur Curman-
ta & Marmarica, propè assimilantur signo Geminorū & Mercurio: ideoq; sunt
eorum habitatores uiri deliberationis & intellectus, acutique ingenij in omnibus
rebus, & maximè in scrutatione sc̄ientiarum philosophia & diuinarum rerū. Sunt
diuinatores, secretis & occultis utuntur, generaliter etiam sunt in scientijs doctri-
nalibus fortes & firmi. Viri autem de Zays, Auosis, Coraxæ, Turicæ, Libræ assi-
milantur & Veneri, quapropter earum naturæ sunt calidæ, & ipsi sunt iter agen-
tes & mercatores, eorumq; regiones sunt fertiles & copiose. At hi qui terras co-
lunt Adhamæ, Aramæ, & terras Alhabas Mediae, Aquario & Saturno assimilan-
tur. Ideoq; sunt multum carnium & piscium comedtores, à locis sterilibus ad lo-
ca fertilia se transferunt. Eorum uita ferarum & bestiarum uita assimilatur. Huc-
usq; signorum & stellarum similitudinē cum unaquaq; gentium, earumq; pro-
prietates in maiori parte generaliter annumerauimus. Nunc autem uniuscuiusq;
istarum gentium cum unoquoq; signorum similitudinem, secundū quod prædi-
ctis coniueat, particulariter insinuabimus, ut leuior sit istorum consideratio hoc
modo. Ex præfatis itaq; regionibus assimilatur Arieti Britania, Alathia, Germa-
nia & Bestrania: ex regionibus autē uersus dimidiū habitabilis terræ positis, as-
similantur, Syria profunda Idumæa, regionesq; Iudeorum. Tauro quidē assimi-
latur regiones Farathiæ, Nudhiæ, Parthiæ, & eis quæ sunt uersus habitabilis ter-
ræ dimidiū, constituuntur, Fusalaus, Carbos & litus Asiae minoris. Regiones
autem quæ signo Geminorum assimilantur, sunt Vricinia, Herminia, Mathilia.
Et ex regionibus uersus habitabilis terræ dimidiū collocatis, Curbania, & infe-
riores terræ Aegypti. At Cancro assimilantur regiones Numidia, Farchidonia,
Africe. Ex regionibus uero quæ sunt uersus habitabilis terræ dimidiū, Bathio-
nia, Farogia, Faricha. Regiones autē Italiae, Galliae, Appuliæ, Siciliæ, signo Leo
nis assimilantur. Et ex regionibus uersus habitationis terræ dimidiū constitu-
tis, Cunica, Chaldea, Vrgunia. Virgini quoq; assimilantur Babilonia, Algizira,
regionesq; Asur. Ex regionibus uero uersus habitabilis terræ dimidiū positis,
Alias, Achaia & Acritis. Libræ autem assimilantur, Baetrania, Fascria, Siriaca.
Et ex illis quæ sunt uersus habitabilis terræ dimidiū, Bamanis, Auesis, Alunti

Terrarū quali-
tates ex signis.

ca. Scorpioni uero assimilantur, Metagantas, Mauritania, Catholica, ex regionibus uersus habitabilis terre dimidium constitutis, Syria, Cumachina, Meidhulya. Sagittario quidem assimilantur, Curinia, Malta, Hispania. Et ex his quae uersus habitabilis terrae dimidium locantur, regiones Arabum, Alhamira. Capricorno autem assimilantur, India, Arbania, Catrosia. Et ex regionibus uersus dimidiū habitabilis terrae positis, Byzantium, Macedonia, Abuluris. Aquario assimilantur Saromatica, Cucusiana, Asaëde. Et ex illis quae sunt uersus habitabilis terre dimidium, Arania, Athania, Adaunia, Media, quae est terra Alabas Media. Piscibus assimilatur regiones Fadhamiae, Natagoniae, Iessae Munitis, Armatica. Ex his autem quae uersus habitabilis terrae dimidiū collocantur, Luhdia, Filylia. Sunt autem omnes haec ita sunt, oportet ut eis iterū haec, quae subiunguntur, attribuantur, scilicet quod, in quaç stellarum fixarum assimilatur regionibus, quibus earum partes circuli signorum assimilantur, & in quibus omnes agunt, & sunt partes, in quarum directo stelle fixae constituuntur, quae super unum ex circulis per duos polos circuli signorum transiuntibus ordinantur. His etiam in significacione matrum associantur illa loca, in quibus Sol & Luna in istarum matrum significacionis exordia fuerant, necnon angulorum loca, et maximè angulus ascendentis, sicut & in nativitatibus. At in ilis ciuitatibus, quorum tempus significacionis ignoratur, locum mediū cœli in illius regis nativitate, in tempore, cuius ipsæ fundacæ sunt, obseruare debemus.

Q. VOMODO AD PROGNOSTICABILEM SCIENTIAM
futurarum generalium perueniatur. Cap. IIII.

Post hanc prædictorum obseruationem, qualiter futura uniuersalia generaliter prognosticari sciamus, ut in dicendo persequamur oportet: & per ea futura, quae generalia in terris ac regionibus accidunt, præmittimus. quorum haec est narratio prima, & fortior istorum accidentium occasio, non nisi ex ecliptica Solis & Lunæ coniunctione, ac præventione, necnon & ex locis motuum plane tarum in ipsis horis contingit. Quædam etiam ex his uniuersalibus accidentibus prognosticationes sunt loci locutiones, hoc est, id quod ad cognoscendum, in qua regionum & terrarum significaciones particularis eclipsis contingent, præmittendum est. Stationes etiam stellarum erraticarum in unoquocque tempore stationis dico, Saturni, Iouis, & Martis scilicet, quum stant, & eorum significaciones obseruantur. Quædam uero sunt loqui de tempore, id est, quod significacionis hora, eiusque spaci quantitas est præscienda. Quædam autem sunt loqui de genere, hoc est, quod scire debemus, in quo genere futura contingent accidentia. Quædam etiam sunt loqui de specie futuri, & haec est ultima partium, per quam modum futuri qualiter sit, deprehendemus.

DE COGNITIONE REGIONVM, Q. VIBVS ACCIDENTIA
futura contingent. Cap. V.

Primum quidem, quod narrare proposuimus, est prima species prognosticæ loqui, scilicet de loco: sed qualiter ad eius cognitionem peruenire possumus, hic indicabimus. In eclipsi etenim coiunctionibus ac præventionibus Solis & Lunæ, & maximè in eo quod apertius est, locum eclipsis in circulo signorum obseruare debemus. Necnon & regiones, quæ illi triplicati assimilatur. Terras etiā, quæ signo eclipsis assimilantur siue per ascendens horæ significacionis earum, & per loca luminarii, in illa hora, seu per mediū cœli locum in illius nativitate, qui tunc eis dominabatur, obseruare nos oportet. Sciendum est etiam, quod in quibusunque regionibus uel terris, hæc quam prædiximus similitudinem inuenierimus, in eis omnibus quae futuræ sunt significaciones evenient, maximè in ea quæ eidem signo eclipsis assimilatur, & in qua super terram uidetur eclipsis.

DE TEMPORE FUTVRORVM ACCIDENTIUM. Cap. VI.

Secundā uero speciem prognosticæ, per quam significacionis hora & spaci quantitas cognoscitur, hoc modo deprehendemus: quoniam una scilicet &

eadem eclipsis, quæ in aliquo tempore contingit, non in omnibus regionibus, in eadem hora, in æquali cernitur, nec id quod eclipsatur ex Sole, nec etiā spaciū temporis eclipsis illius in omnibus terris est æquale, horam eclipticam, quæ erit in unoquoque locorum habentium partem in futuro, & angulos secundum altitudinem poli pariter ponamus, sicut facimus in nativitatibus. Post hæc obseruemus, quot horis æqualib[us] in unaquaque terrarum tenebrae eclipsis extendentur. Quia **Eclipses.** quum harum notitiam habuerimus, sciemus quod futura Solaris eclipsis tot annis durabunt, quot eius horæ æquales fuerint, Lunaris uero totidem mensibus. Quapropter quia principium orarum istarum rerū, & totum esse earum spaciū non nisi secundum proportionem loci eclipsis ad angulos deprehēditur, quum locus eclipsis in orientali parte horizontis fuerit futuri principium, in quatuor primis mensibus post eclipsis horam fore significabit. Intensionis uero status in prima tertia spaciū totius temporis, in quo erunt significationes illius eclipsis apparabit. Si autem in parte cœli medijs fuerit, significabit, quod erit in quatuor mensibus secundis, & in tertia media. Quod si fuerit in occidentali parte horizontis, in quatuor postremis mensibus illud fore designabit in tertia & ultima. Particulares autem augmentationes, et diminutiones futurū deprehendentur ex coniunctionibus & præventionibus, quæ sient inter haec, quum erunt in locis quæ sunt futurorum occasiones, uel in aliquo loco cum eis societatem habentium in figura. Et ex locis etiam motuum planetarum, per quos futura contingunt ut sint, scilicet orientales uel occidentales, seu stationarij uel ascendentis in principio noctis, & ut in figura signis, quæ sunt occasiones futurorum per aspectum, uel alio modo prædicto assignetur. Quum orientales nanc[er] fuerint, uel stationarij, augebunt futura: cum occidentales autem uel sub radijs extiterint, aut ascendentis in uespere retrogradi futura minorabunt.

D E G E N E R E F V T V R O R V M A C C I -
dentium. Cap. VII.

Tertia uero species prognosticæ est, per quam in quo genere futurum accedit, deprehendimus: quod ex qualitatibus & figuris, quæ propriè sunt signorum, in quibus est eclipsis locus, indicatur, et signorum etiam, in quibus erraticæ & non erraticæ consistunt stellæ, quæ signo eclipsis, & signo anguli præcedentis eclipsi donando disponunt. Scietur autem almudhebir ex stellis erraticis istorum duorum locorum, sicut hic narrando docemus. Stella igitur quæ multis in duobus præfatis locis autoritates habuerit, id est in eclipsi loco, & in alio loco anguli præcedentis eclipsim secundum alicuius, & secundum hoc, quod illis dominibus ac triplicitatibus, exaltationibus etiam atque terminis dominabitur, illa solùmodo erit almudhebir. Quod si unâ stellam, quæ loco eclipsis & anguli dominetur, non inuenierimus duas stellas, plures in his duobus locis autoritates, ut prædiximus, habentes, inueniamus oportet, & tunc præponēdus est eclipsis dominus. At si plures quam duæ stellæ æquas in his locis duobus autoritates habuerint, illâ in dispositione eligemus, et præponemus fortiorē: de qua quod sit, in angulo conuenientius iudicatur, uel quæ sit fortioris operis, aut quæ magis illius haiz conueniat. Et cum hoc iterū stellarum non erraticarū dispositionē sic accipiemus. Ex stellis igitur lucidissimis, illâ quæ cum loco eclipsis in angulo qui præcessit, eclipsim aperuit primitus, obseruabimus. Quod ex his quæ in primo nostro libro diximus, deprehēdetur, in quo nouem modis societatum figurarum, quæ stellis apparent, enarrauimus. Nam iterum stellam quæ hora eclipsis cū angulo ascendentis, uel cum angulo medijs cœli fuerit cum illo, scilicet istorum duorum angulorū, qui locum eclipsis subsequatur, obseruabimus. Postquam autem deprehendimus stellas, quas ad cognoscendas futuri occasiones taliter obseruamus, formæ signi, in quo est eclipsis, obseruationem, & illius in quo sunt stellæ, habentes dispositionem subiungemus, cum generis, in quo futurum continget, non possit haberi notitia, nisi per qualitatum istorum prædictorum locorum proprietates. Signorum igitur figuræ, quæ formantur in angulo circuli Zodiaci, &

Dominus eclipsis.

quæ

quæ sunt secundum stellas non erraticas, quum in humanae figuræ similitudine figurantur, id quod futurum esse significatur, in humano genere continget: & si figuræ animalis sylvestris repræsentant, uel si quadrupedibus assimilatur, in animalibus eis similibus inuenientur. Quod si formis reptilium animantium assimilantur, erunt in serpentibus, & in eis similibus. Item si ferarum similitudinē gerunt in feris syvestribus quæ nocent hominibus, illud futurum euenerit: & si domesticorum animalium formas repræsentant in domesticis animalibus, quibus utuntur homines, & quibus omni tempore uitæ suæ iuantur, illud inueniri non dubitatur: sed uniuscuiuscq; speciei horum animalium formam, id est, in equis, & boibus ac pecudibus, & in his similibus. Item id quod ex figuris animalium sylvestriū uersus partem septentrionalem ponitur, subitaneas terræ mutationes propriè significat. Quod autem uersus partem meridianam figuratur, alterationes aëris, nemini timorem inferentes ostendit. Nam quū loca stellarū quæ dominando disponuntur, in figuris alas habentibus fuerint, ut in Virgine & Sagittario, & gallina, ac uulture uolante, & in his similibus, illud futurum in uolantibus contingere, manifestum est: & maximè in uolantibus quæ ab hominibus comeduntur. Quod si fuerit in figuris animalium natabilium, in piscibus, & in omnibus animalibus aquaticis illud accidet. Nam si in figuris animalia marina representantibus fuerit, ut in Cancro ac Capricorno atq; Delphino, illud erit futurum in animalibus marinis, & in nauibus æquorisi. At si in figuris animalium fluuialium fuerit, ut in Aquario & Piscibus, in animalibus fluminum et fontium apparebit. Et si in figura nauis fuerit, in utroq; genere videbitur. Similiter si fuerit in aliquo signoru solstitiali uel æquinoctiali, erit significatio generaliter in rebus aëris, & in temporibus unicuiq; earum cōuenientibus. Earum autem significations propriè in his quæ ex terra nascuntur, apparebunt. Nam quum fuerit in signo æquinoctiali uernali, in fructibus arborū, quum oriri cōperint, earum significations inuenientur, ut in uineis, ac ferculneis, & in eis contemporaneis. Quod si fuerit in signo æstivali solstitiali in fructibus, quum colliguntur & reseruantur, futura contingere significabunt, præter quod in Aegypti regionibus in augmento Nilī proprietæ significations ostendentur. Si autē fuerit in signo equinoctiali autumnali, erunt significations in seminibus quum seminantur, ac in herbis, & in his similibus. Sed si fuerint in signo solstitiali hyemali in oleribus, & in hoc quod ex uolucribus & piscibus appet, eorum significations euenerint. Item quum fuerint in aliquo signorum æquinoctialium in ecclesijs & in domibus ad honorē dei constitutis, futura contingere significabunt. Si uero fuerint in aliquo signoru solstitiali, mutatiōes morū in ipsa regione manentiū iudicabūt. Quod si fuerint in signis fixis, in fundamentis & in ædificijs, futura cōtingere demonstrabunt. Et si fuerint in signis cōmunijs, in hominib. & regib; euenerire futura præsignabunt. Similiter etiā quum fuerit hora eclipsi in locis propriè uersus orientē cōstitutis, in fructibus, et in his quorū anni sunt iuuētutis, ac in fundamētis euenerire futura designabūt. Si autē in cōeli medio fuerit, quod est super terram in ecclesijs ac potētibus, & in his quorū anni sunt medijs, significations apparebūt. Quod si in occidente fuerit, in morib. ac morū uariationib. & in his quorū anni sunt senectutis, necnō & in mortuis significata contingent. Scientia quidē quantitatis partis, in qua futura subiecti generis apparebunt ex quantitate tenebrarū eclipsi, & ex proportione stellarū quæ futuri sunt occasiones ad locum eclipsi deprehēdetur. Nā si fuerint in figuris uespertinis in eclipsi solari, aut in matutinalibus, in eclipsi lunari, in minori parte illius generis futura contingēt: quumq; per diametrū in oppositione fuerint, ipsius generis dīmidium futurum illud amplexabitur. Si autem in solari eclipsi fuerint in figuris matutinalibus, in lunari uero in uespertinis, futura in maiori parte contingere significabunt.

DE QVALITATIBVS FVTVRORVM. CAP. VIII.

QVARTA quidem species prognosticæ futurorum, qualitates inquirit, id est, utrum ea bona sint, an boni contraria, aut quæ species existorū duorum

speciebus contingat, inuestigare proponit. hæc autem, ex naturis stellarum al- mudhebir reginarum, quæ futurorum sunt occasiones, & ex commixtionibus unius eorum ad alteram, & ad loca in quibus fuerit, deprehendatur. Id est Sol & Luna præcipiunt, & alijs stellis dominantur. Quapropter totius operis & stellarum dispositionis, fortitudinumq; stellarum almudhebir, & earum debilitatio- num sunt occasiones. Obuiatio uero commixtionis stellarum almudhebir adin- vicem futurorum accidentium qualitates significat. Nos autem unuscuiusque stellarum erraticarum proprietates operis incipiems enarrare. Sed ut nostra perfectior sit narratio, quoddam generale præmittendum fore putamus: & est quod, cum aliquibus ex quinque stellis erraticis complexiones generaliter ostendemus, scire debemus, quod ipsius opus eiusdem naturæ assimilabitur, siue sit ipsa stella prænominatae qualitatibus in semetipsa, uel non prænominatae, ob hoc quod sunt quædam stellarum non erraticarum, & quædam ex locis cir- culi signorum, quarum complexiones ipsius stellæ complexionibus assimilan- tur. At si fieri posset, quod sic nominibus stellæ carerent, earum naturas & qua- litates ostenderemus. Et quia nos etiam cum earum commixtiones obseruabi- mus, non solum stellarum erraticarum adinuicem commixtiones obseruare de- hemus: sed etiam earum naturarum cōmixtiones cum stellis nō erraticis, & cum locis circuli signorum, secundum hoc quod ex earum similitudinibus cum stel- lis non erraticis explanauiimus. Saturnus itaq; cum solus fuerit dispositionis do- minus, ipse generaliter erit occasio destructionis ex frigore contingentis. Opus autem eius particulare est, quod cum in hominibus futura cōtingent, longas ge- nerabit infirmitates, & phthisim ac nocturna, que proueniunt ex humoribus, & ex humorum collectionibus, febres quartanas, fugas, stupores, anxietates, tri- sticias, timores, & mortem: maximè autem in his qui iam in annos ingressi sunt. Sed cum in animalibus quibus homines nimis utuntur, futura contigerint, erit im- pedimentum ex eorum paucitate, & in his que tunc inueniuntur ægritudi- nes, & corporū detrimenta cōtingent. In hominibus etiam qui eis utuntur infir- mitates, infirmitatibus illorum cōsimiles adueniēt, & morientur. Si autē in aëris qualitatibus acciderint, erit frigus maximū cū glacie & nebulis, eruntq; in aëre detrimenta, qualitatesq; mortiferæ, inspissabitur nubibus, & obscurabitur. niues ac uentorum flatus inconuenientes, & destructores erunt, ex quibus quamplu- res bestie, que nocebunt hominibus, procreabūtur. At in mari ac in fluminibus, hyemalis aër & submersiones nauium cōmuniter cōtingent. In eis iter agere dif- ficulter accidet, pīcium erūt paucitates atq; destructiones. In mari uero dīminu- tiones & augmenta propriè contingent. In fluminibus autem propriè inunda- tiones maximæ, & aquarum detrimenta. In terratum quoq; fructibus eueniunt dīminutiones, paucitates, ac detrimēta, & maximè in his, quibus homines opus habent necessariò. erunt autem eorū detrimēta per uermes, qui creantur in oleri- bus; uel per locustas, aut per submersiones, uel per pluuiarum superabundantiā, siue per frigus, siue per horū similia: ita quod ex hoc quādoq; caristia proueniet,

Jupiter. cuius occasione morientur homines. Iupiter autē cū solus fuerit dominus dispo- sitionis, res generaliter augmentabit: cuius opus propriū in hominibus est, gra- duū sublimitas, statusq; melioratio, apta carneitas, salutis ac securitatis qualitas, augmētum etiā rerum, quibus opus habet homines, corporum & animarum ha- bitudo conueniens, remunerationes, & regnū, præmia, augmenta quoq; rerum regalium, fama nominis, atq; magnanimitas: & generaliter est occasio fortunæ. In bestiis autem, quibus homines frequenter utuntur, satis augmentabuntur: ille uero, que his sunt econtrarie, morientur & annihilabuntur. Sed aër temperabit, eritq; salutifer, ac multorum uentorum humidorum terræ fructus augmen- tabit, salubres erunt maris nauigationes, & fluminum fundationes tēperat. fru- *Mars.* ctus quoq; multi, & his similia. Et quando Mars solus fuerit gubernator, causa erit generaliter omnis damni, quod fit propter siccitatem, hoc est opus uniuersa le Martis. Eius autē opera particularia in hominibus sunt bellicationes, & guer- rae mul-

rae multæ inter eiusdem generis viros, deprædationes, seruitutes, iræ regum, & turbationes hominum generaliter. Quibusdam etiam hominibus continget propter hoc mors repentina, ægritudines cum febribus, tertianæ febres, empisis, ac mors festina: maximè autem his, qui circa annorum iuuentutis extremitatem uersantur. Similiter etiam irascentur quidam, & ab hominibus parui pendent, illicita committet, legem transgredientur: combustiones etiam, uitiorum interfectiones, rapinas, ac uiarum abscissiones patientur. In aëre uero fiet calor maximus, & uentus calidus atque peremptorius, corporum dissolutor, fulgura, pluuiarumq; paucitates. In mari quoq; subitæ submersiones nauium per uentorum commixtiones, uel per fulgura, aut per his similia contingent: in fluminibus autem accident diminutiones aquarum, ac fontium desiccationes, ac potabilis aquæ detrimentum. In rebus etiam ad usum hominum pertinentibus, scilicet in bestijs & uegetabilibus continget paucitas, eruntq; fructuum detrimenta: siue quoniam à calore comburentur, siue per locustas, aut propter dissolutiones eis accidentes ex uentis, uel quia in ipsis reseruatorijs comburentur. **Venus** autem cum sola fuerit dispositionis domina, ipsa generaliter, quemadmodum & Jupiter operabitur, & cum hoc uenereos actus aliquantulum exercebit. Cuius opus proprium particulare in hominibus est, graduum sublimitas, honores, alacritates, meliorationes status, coniugij bonitas, filiorum multitudo, commoditates omnium rerum coniugalium, augmentationes substantiarum, actus nitidi & mundi, bonus animus in legum obseruatione, apta carneitas, applicatio ad reges, & potentum consanguineitas. Sed in aëris qualitatibus uenti cum temperie & humiditate contingent, comediones multæ: erit aëris habilis atq; serenus. Aquæ uero, quæ res oriri iuant, & pluviæ quamplures erunt. Naves etiam in æquore nauigando saluabuntur: in mercimonij fiet lucrum, flumina augmentabuntur & implebuntur. Animalia quoq; quibus utuntur homines, & terræ fructus crescent & meliorabuntur atque proficient. **Mercurius** itaque, cum solus fuerit dispositionis dominus, ipse generaliter sicut cæterarum stellarum commiscebitur, ipsis naturæ assimilabitur. Eius autem opus proprium est, motus rerum plus quam aliarum stellarum, & eius opus est in futuris accidentibus hominibus acutissimum. & forte erunt etiam in hoc, quod agere uoluerint subtilis ingenij. Viarum abscissiones, latrocinia, & deprædationes eis accident. In itineribus uero maris, cum infortunijs associabitur, erit difficultas. Est etiam sicca ægritudinis occasio, necnon & febrium quotidianarum, tuuum, ac uomituum, phthisis. Diuinationis officij diuini, & eorum quæ futura sunt in hereditatibus domorum orationis, uariationis morum, & legum quandoque secundum ipsius commixtionem cum cæteris stellis. Quapropter quia sicca est eius complexio, festinacq; motus propter solis propinquitatem, & quoniam eius frequentes sunt retrogradationes in sua circumvolubilitate, turbatos & repentinos festinacq; uariationis in aëre uentos excitat, necnon tonitrua, fulgura, apertiones terræ, terræmotus, ac coruscationes, & forsan propter hæc quæ prædicta sunt, detrimenta in animalibus & uegetabilibus, quibus nimis utuntur homines, euident. Diminutiones aquarum & fluminum in horis occasus eius euident, in horis autem sui ortus augmentabuntur. Vnusquisq; igitur planetarum, quum in suo naturali esse sibi propriè fuerit, operabitur. Quum uero ad inuicem commiscebuntur, secundum figurarum societatem, & signorum differentiam, eorumq; apparitionem respectu solis, & ante hoc secundum operum commixtionem erit eorum opus proprium, ex differentibus specieb. secundū hoc & ex naturis quæ suis naturis associa būtur, commiscebitur. Quapropter cū enarratio proprij operis, quod ex unaquaq; specie commixtionis fuerit, sit inexplicabilis, & esse non possit, & cū istorū omnium enarratio generaliter in qualibet figurarū accidentiū multis modis possit deprehendi, hec species auditionib. relinquat, oportet ut quæ in ea sunt particularia inquirat et obseruet. Has uero similitudines stellarū, per quas futura contingent cum regionibus & terris, in quibus quæ futura sunt, eueniē significat, obseruare

debemus hoc modo. Quum igitur erunt fortunæ, & locis in quibus futura contingent, assimilabuntur & stellæ quæ sunt ex haiz, earum haiz cōtraria super eas non eleuabuntur, erit proprium opus naturarum suarum maioris ualeudinis, si cuti quum ipsis locis non assimilabuntur, & stellæ quæ sunt ipsis contrariae, super eas eleuabuntur, minor erit earum ualeutudo. Quum autem earum complexio nocia fuerit, & futuri operi dominabuntur, si locis in quibus futura contingent, assimilantur, & stellæ quæ sunt ex haiz contraria earum haiz super eas eleuabuntur, earum nocumentum alleuiabunt. Quod si non earum fuerit ipsarum regionum dispositio, nec super eas eleuabuntur stellæ, quæ regionibus eisdem assimilantur, earum nociae complexionis opus in ipsis magis euenerit. Accidens uero generalia frequentius accidunt hominibus, in quorum nativitatibus loca necessaria, id est, loca in quibus sunt luminaria, & loca angulorum sunt loca rerum, quæ sunt occasions accidentium generalium, id est, loca eclipsium, uel loca quæ sunt eis opposita. Hoc autem tunc erit grauius, & ad præcautēdum difficultimum, quum ipsæ eadem partes locorum eclipsium, erunt partes locorum unius luminaris in nativitatibus: & post hoc, quum hæ partes erūt eis oppositæ,

DE COLORIBVS ECLIPSIS, ET DE CAUDATIS
stellis, & his similibus. Cap. ix.

IN rebus nanque futuris uniuersalibus colores hora eclipsis apparentes, id est, ipsorum luminarium colores, & eorum quæ circa ipsa uidetur, ut sunt ea quæ uocantur haleisi, halela, & his similia nobis obseruare conuenit. Quum igitur nigri, uel quasi uirides fuerint, ea quæ Saturni naturam imitari diximus, significabunt. Et cum albi fuerint, ea quæ sunt ex natura Iouis, significare dicuntur. Quod si ad rubedinem declinauerint, designabunt ea quæ sunt ex natura Martis. Etsi aurei coloris extiterint, ea quæ Veneris naturam sequuntur, indicabunt. At si diuersorum colorum fuerint, significabunt ea quæ sunt ex natura Mercurij. Si autem color ille totum corpus luminaris, uel eorum quæ circa ipsum sunt, amplexbitur, in maiori parte regionum futurum accidet: sed si quamlibet unam partem luminaris, uel eorum quæ circa ipsum sunt, occupauerit, in ea parte solummodo quæ est in directo partis illius, in qua ille color apparuerit, futurū euenerit. Item conuenit ut caudatas stellas, quæ hora eclipsis, uel alterius temporis apparuerūt, obseruemus, necnō & alia futura uniuersalia, ut sunt illa quæ uocātur haleisi, ab boca, thalhaueni, et his similia, quarū nature Martialibus & Mercurialibus natris, quas prædiximus, assimilantur, qui prælia, cōbustiones, & qualitates quæ res moueri faciunt, & accidētia quæ propter eas accidūt, operantur. Loca etiā in quibus futura contingent, ex eorū locis in circulo signorū, & ex locis quæ sunt in directo stellæ caudatae cognoscemus. Speciem quoq; significati futuri, & eius substantiā genus ex forma illius accendentis, quod tunc apparebit, deprehendemus. Ex quantitate uero temporis illius accedētis, quod tunc apparebit, futuri sciemus spaciū. Ex earum etiam affinitate cum Sole, quot à hora futurum incipiat, indicabitur. Nam cum mane magis apparebunt, subito futurum eorum euenerit: quum magis in uespere, futurum eorum tardē continget.

DE ANNI PRINCPIO.
Cap. x.

POst præmissum uniuersalem modum cognitionis eorum quæ futura sunt in regionibus & terris, restat ut particularia, id est, ea quæ anni temporibus acciderint, subiungamus. Et tempus quod anni principium dicitur, in hoc ut ostendamus oportet, quod reiterationis igitur Solis initiū in unaquaq; circunvolutione illud esse debeat ferre propter eius uim, eiusq; nomen planū & apertum est. At in circulo nullus existimare principiū poterit absolūtē: in Zodiaco uero circulo principium, nisi à punctis, qui sunt in directo horarum æquinoctialium & solstitialium, intelligi minimē potest. Contingit etiam hæc hominibus super loca

loca dubitare, eo quod quis eorum quatuor ad præmittendū sit cōuenientiōr ignoratur. Nam secundū planā naturā circularē, nullus eorum præcedit aliū, ita quod ad initia dū sit magis aptus alio. Illi autē, qui hoc in suis libris tractare conati sunt, in modis differentibus hæc quatuor tempora posuere, & eorum unumquodq; loco principiū constituerunt, quos cōueniens eorum ratio, eorumq; naturam effectus ad hoc adduxit. Istorū etenim unicuiq; temporum quoddam est proprium, per quod ipsum anni noui fore principium existimare debemus. ob hoc etenim Quatuor anni tempora.
 incipit: & quoniam ipsum est humidū, naturaq; humida multa est in omni principiū rei cum procreatur, ut in præmissis ostendimus. Tempus autē æstivale solstitiale loco principiū ponitur, eo quod in ipso dies perficitur, & est eius ultima longitudo: & quoniam in ipso apud Aegyptios est augmentū Nili, ascēditq; in eō t̄ aschere algemenia, ac æquinoctiale tempus autumnale sumpit initium, ob hoc quod in ipso est omnium fructuum collectio, & quæ futura sunt, in eo seminari incipiunt: hyemale uero tempus solstitiale, propter hoc initium cōstituitur, quia post dierum curtationem in ipso incipit eorum dierum elongatio. Et quod magis esse cōueniens, naturaliç rationi in obseruatione rerū anni deprehendimus, est istorū quatuor principiorum obseruatio, necnon coniunctionū & præventionum Solis & Lunæ, quæ prædicta tempora præcedentes prope ipsa fuerint. Maximē autem in quibus fuerint eclipses, ita ut per principium quod ex Solis existentia in Ariete deprehenditur, uernalem qualitatē cognoscimus: & per initium ex eiusdem existentia in Cancro deprehēsum, qualitatē æstivalē: per principiū autem, quod ex ipsis in Librā ingressu cognoscitur, qualitatē autumnalē: initii uero, quod per eiusdem introitū in Capricornū accipitur, hyemale qualitatē demonstrat: propterea quod generales tēporum qualitates, & eorum omnes modi non sunt, nisi per Solem, quarum qualitatum notitiam non solū doctrinalium expertores, uerū etiam alij anticipantur. Conuenit etiā ad earū notitiam signorum proprietates, per quas uentorum flatus significemus, & generaliter omnem eorum obseruare naturam. Variations autem augmēti uel diminutionis, in aliquibus horis contingentis, ex cōiunctionibus & præuētionibus, quæ post præfata puncta fuerint, & ex stellarum erraticarum societate cum ipsis in figuris generaliter significabimus. Rem uero particularem designabimus ex cōiunctionibus ac præuentionibus Solis & Lunæ, quæ fuerint in unoquoq; signorum, & ex stellarum locis. hoc est igitur quod mensuram obseruatio nuncupari potest.

DE NATVRIS SIGNORVM PARTICVLARIBVS QVALITATIBUS ANNI CONUENIENTIBUS. Cap. XI.

Llorum quidem quæ huic rei necessaria sunt, hæc prædicta nos enarrasse, & uniuscuiuscq; signi naturales proprietates particulares ex hoc quod anni qualitatibus conuenit, ac uniuscuiuscq; stellarum proprietates ostendisse cōueniens est. Erraticarum igitur stellarum similitudinē, & non erraticarum, quarum complexiones erraticarum complexionibus assimilantur cum aëre & uentis, scilicet quum in eis fuerit, necnon omnium signorum cum uentis & temporibus similitudinem in præmissis ostēdimus. Restat itaq; particulares eorum naturas assignare. Arietis ergo signi natura generaliter propter æquinoctiū in ipso cōtingēto, nitrua & coruscationes adducit. Sed naturā suarū partiū in augmēto & diminutione ex proprietatibus stellarū nō erraticarū, quæ in eo sunt, deprehēdit. Huius namq; signi principia pluuias & uētos efficiunt, eiusq; medietas tēperatæ complexionis existit: extrema uero pars eiusdem cōburit, & mortalitatē generat. At ipsarum illa quæ sunt septentrionalia, calefaciunt & destruunt: quæ autē sunt meridiana, congelant & infrigidant. Tauri uero signum uniuersaliter utramque complexione significat: sed tamen ad caloris significationem proclivius est. Acriarum initia partiū, maximē autē quæ circa Pleiades sunt terræmotus, uentos & nebulas faciunt: eiusdem uero medietas humectat & infrigidat. Quod autem circa Aldebaran in eius extremo ponitur, est igneū, & coruscationes & ful-

gura gignit, ipsarū uerò, quæ septentrionales sunt, tēperatę cōplexionis existūt; & quæ sunt meridionales, instabilitatem & motus inordinatos faciunt. Signum II autem Geminorū uniuersaliter facit tēperatę, quorū principia magnæ sunt humectationis & destructionis. Media uerò temperatā demonstrant cōplexionem, extrema quidem cōmixta complexionis & instabilis esse dicūtur. earū partes septentrionales uentos ac terræmotus adducunt. At meridianæ igneæ sunt & cōburentes. Signū item Cancrī generaliter facit serenitatē & calorē, cuius primordia, quæ circa Præsepe locatur, calidum ac turbidū aërem, necnō terræmotus & obscuritatē afferre probantur. Quæ autem sunt in eius medio, temperatā nutriūt cōplexionem: & quæ in eiusdē extremo ponūt, uentos procreant. Septentrionales uerò partes, siue meridionales, igneæ sunt & cōburentes. Leonis quidem signū calorem & aërem turbidum uniuersaliter designat. eius partes præcedētes aërem calidum & turbidum ac mortalitates annunciant. eius uerò medietas temperatę cōplexionis existit: & quæ ponuntur extrema, humectant & destruunt. At quæ sunt in septentrione, ignea sunt & cōburentia: quæ uerò meridianam sibi partē uendicāt, humectant. Signū autē Virginis uniuersaliter humectat, & tonitrua demonstrat: cuius partes primæ maiore calorē faciūt & destruunt, at mediae temperatā cōplexionē obseruant, ultimæ uerò sunt aquaticæ: eius uerò partes septentrionales uentos adducunt, et meridianę tēperatā cōplexionē obseruāt. Libræ signū generaliter uariat & mutat, cuius partes præcedētes, ac medię, tēperatę sunt cōplexionis. Quod autē in eius extremo locat̄, est aquaticū. At quod in septentrione cōstituitur, uentos procreat: & quod in meridiēponit, humectat, & mortalitatē generat. Scorpionis signū, uniuersaliter facit tonitrua, & est igneū: cuius partes pcedētes uētinuiū faciūt, et quæ in eius medio locant̄, tēperatę sunt cōplexionis. extremae uerò terræmotus ostendūt. eius septentrionalia cōburunt, humectant autē meridianā. Signum Sagittarij generaliter facit uētos, & eius humectant initia, partes uerò mediae tēperatam cōplexionem indicāt, ultima sunt ignea ipsius. septentrionalia uētos adducunt, meridianā uerò fortiter humectat & uariant. At Capricorni signum uniuersaliter nimis humectat, cuius principia comburunt & destruunt, & eius media sunt tēperatę cōplexionis, extrema uerò pluuias ostendunt. eius septentrionalia seu meridionalia humectat ac destruūt. Signū Aquarij generaliter infrigidat, & est aquaticū. cuius initia ualde sunt humida, & eius media temperantur in complexione, extrema uerò faciunt uētos. illius septentrionalia cōburunt, meridianā uerò uentiniū faciunt. Piscium uerò postremum signū uniuersaliter infrigidat, & uentos generat, cuius partes primę tēperatę complexionis existunt. mediae fortiter humectant, ultimæ uerò cōbunt. meridianæ quidem sunt aquaticæ, & septentrionales uentos efficiunt.

D E P A R T I C U L A R I V M Q V A L I T A T V M inuestigatione. Cap. XI.

Particularium qualitatū in- **H**is itaq; præmissis, significationum particularium modos subsequēter dicamus. Unus igitur istorum modorū est obseruatio rei generaliter, quod per usūgandi modū obseruationem rei uniuscuiusq; quartæ deprehenditur. In quo propiorem coniunctionem uel præventionem Solis ac Lunæ, quæ solstitialia & equinoctialia puncta præcesserit, ut prædictimus, obseruemus oportet: & ut oportet, angulos hora coniunctionis uel præventionis in unoquoc; climate, pro quo inuestigare Alias, gubernia uolumus, uelut aptantur in nativitate, aptemus. postea planetas & almudhebitores. locorum, in quibus coniunctio uel præuentio fuerit, necon dispositionis anguli, quam hæc loca sequentur, quemadmodum in rebus eclipsiis ostēdimus, obseruemus. Deinde generalia proprietatum quartarum. Et augmētum ac diminutionem fortitudinis, debilitatisq; futurorum, ex naturis stellarum almudhebit addiscemus eorum qualitates, cuius fuerint, & quæ qualitates etiam ab ipsis mouentur, obseruando. Secundus uerò modus est rerum mēsium obseruatio, in quo cōiunctiones & præventiones quæ sunt in unoquoc; mēse, & in unoquoc; signorum secundum ipsum eundem modum quem prædictimus, post eorū quæ dicemus,

dicemus, notitiam obseruare necesse est. Quum igitur coiunctio fuerit circa punctum solstitiale uel æquinoctiale, quæ præcessit coniunctiones, usq; ad eiusdem quartæ perfectionem obseruabimus: & quum circa quemlibet istorū punctorum præuentio fuerit, præuentiones usquequo eadem quarta perficiatur, atten demus. Item angulos & stellas uniuscuiusq; prædictorū locorum Almudhebir obseruare debemus, ut propinquarum stellarum apparitionem, & erraticarum stellarū alictisal & alinsiref, earumq; stellarū proprietates atq; qualitates, quos etiam uentos ipsæ mouent, necnon signorū, in quibus fuerint, partes inuestigemus. Rursus ad quos uentorum flatus latitudo Lunæ declinat, quum à Zodiaco circulo declinauit, obseruabimus, ita ut in maiori parte qualitatem mēsiū, per hæc omnia quid uincet, et eorū flatus præsciamus. Tertius autē modus est, ut for Tertiū significatorem, qui super debilitatem & fortitudinem rei significat, obser uemus. Quod ex societate luminarium in figuris particularibus, non solum in figuris coiunctionis et præventionis, uerum etiā in ipsis que in dicothomitate Luna deprehenditur. Eritq; frequentius initium alterationis, quæ figuratur tribus diebus, antequam sit cum Sole Luna: & forsan erit hoc opus tres dies, qui super æqualium longitudinē accidet. Item deprehenditur ex iporum duorum societibus cū stellis erraticis, in his uel in alijs qualitatib. ut in trino & sextili, & quod hæc naturalem ordinē imitantur. Ad uariationis autem qualitatē perueniemus, quum naturales similitudines, quas habent signa & stellæ que obleruantur, quū aere circundante & uentis imitabuntur. Harū uero qualitatum particulariū fortitudo, quæ quotidie fuerit, tunc erit propriè, quum non erraticæ stellæ, quæ majoris claritatis, & fortioris operis fuerit mane uel uespere, in oriente uel occidente, secundum Solis affinitatem apparebit, propterea quod hic in maiori parte qualitates particulares ad suas naturas mutant & alterant. Item non minus erit hoc, quum luminaria in angulorū aliquo fuerint. Debellates etenim & fortitudines qualitatum uniuscuiusq; horæ contingent, quum in his locis luminaria processent. Sicut accessus & recessus, quum in his angulis Luna fuerit, euene probantur, & mutatio dispositionū uentorum propriè nō est nisi apud cursum duorum luminarum ad istos cardines, & est mutatio earum ad uētum ad quem declinat latitudo Luna. In omni autem loco scire debemus, quod prima generalis occasio fortior est. Quæ uero sequuntur, sunt accidentium particularium occasions, eo quod opus certissime uerificatur & corroboratur, quū stellæ quæ naturarum generalium fuerint, Almudhebir in figura naturis particulariū associabuntur.

DE SIGNIFICATIONIBVS QVÆ EX ALIIS

signis accipiuntur. Cap. XIII.

VALET quidem in significationum particulariū prognosticatione signacula, quæ sunt circa Solem & Lunam, & stellas obseruare. Illud etiam quod ex his accedit, Soli inuestiganda notitia diurnalium qualitatum, quum emergit, in cognitione uero qualitatum nocturnalium perscrutāda, quum occiderit, obseruare conuenit. Ad sciendas uero qualitates, quoram spacia prolongātur, horas societatum luminarum in figura considerabimus, eo quod unaquæcq; figuratum qualitatem que fuerit ab ipsa hora usq; ad horam in qua Luna fuerit, in figura quæ eam sequitur, in maiori parte significat. Cum Sol igitur orietur uel occidet, & ipse clarus fuerit, ita quod non tegatur ab aliquo, liber à nubibus, sere- Ex Sole tēpo- num tempus significabit: & si eius circulus diuersorū colorū fuerit, uel ad igneū cationes. ruborē declinauerit, aut si Solis radij qui ab ipso processerint, uel qui circa ipsum sunt, rubei fuerint: aut si nubes quæ Soles dicuntur, in una parte Solis appa- rent, & colorem nubiū ad colorē declinatiū habuerint, eiusq; radij in longum extensi fuerint, & ab inuicem extra circulum separati, uentos fortissimos, quo rū flatus procedunt ab angulis, in quibus hæc signa, quæ diximus, apparebunt, si- gnificabunt. Quod si niger ascenderit, uel ad uiriditatem declinans, aut nubilo- sus occiderit, uel circa ipsum unus uel duo circuli fuerint, seu circa se nubes quæ Soles appellantur habuerit, eorumq; radij declinantes ad uiriditatem, uel nigri fuerint,

Tempestatum fuerint, aërem hyemalem & pluuias indicabunt. Item in Luna eo die quæ tribus indicia. diebus ante coniunctionem, & quæ totidem ante præventionem, & totidem ante dicothomitatem, necnon quæ tribus post has horas fuerit, eiusdem locum obseruare debemus. Quum igitur apparuerit, si subtilis & clara, nitida & videbitur, & nihil fuerit à quo círcundetur, serenum significabit: sed si subtilis fuerit, & rubea, totumq; quod non illuminatur, ex ea clarum apparuerit, & quasi moueri uideatur, uentorum flatus ex ea parte uersus quam ipsa declinat, uenturos significabit: sed si in nigra fuerit, uel uiridis & spissa, hyemalem aërem atq; pluuias nunciabit. Item conuenit, ut circulus qui circa eam formatur, attēdamus. quod si unus fuerit, & clarus, ac pedetentim abbreuietur, aërem clarum designabit. At si duo uel tres fuerint, hyemalem aërem demonstrabūt. quod si ad clarum ruborem declinauerint, & quasi abscessi fuerint, hyemalē aërem, qui per ualidos uentos fieri annunciat. Si autem turbidi & spissi fuerint, hyemalē aërem, qui per uentini uitū erit, indicabūt. Et si ad nigrum uiriditatem abscessi declinauerint, aërem hyemalem, qui per utriusq; occasionem accidet, significabunt: quumq; plures circuli fuerint, plura erunt secundum hæc quæ prædiximus. Circulus item qui circa erraticas stellas, & ex non erraticis circa lucidas apparebit, ea quæ coloribus ipso rum circulorum, & earum quæ círcundant, naturis assimilātur, significabit. Stellas etiam non erraticas, ut Pliades, Alfeca, & his similia nobis obseruare conuenit, quatenus earum in quibus quamplures stellæ adiuicem appropinquāt collectiones inspiciamus, & ut earū colores absq; quantitate deprehēdamus. Nam quum apparuerint, & ipsæ maioris luminis, maiorisq; quantitatis solito fuerint, uentorum flatus ex ea parte, in qua ipsæ cōstituuntur, significabunt. Simili nāq; modo stellæ, quæ propriæ assimilantur, Aladcha uelut illæ que Nathra uocātur, que & præsepe dicuntur & his similia, quū in sereno tēpore fuerint quasi non apparentes, uel spissæ, multas pluuias, & aëre hyemalem indicabūt. At si claræ fuerint, & fulgidæ, uertos ualidos nunciabit. Modus etiā illarū rerū, quæ in aliquibus *Caudate stelle*. tēporibus ex habitudinib. alijs cōtingūt, similiter est. Caudatæ nanci stellæ, quæ assimilantur Aladcha, uentos & aëris siccitatē semper ostendunt. erit etiam illius quod ex hoc continget fortitudo secūdum illarum rerum multitudinem, & ipsarum spaciū longitudinem. Ac stellarum iaculatio, & earum currere, si ab uno angulorum fuerit, uentorum flatus illa ex parte futuros significabit: & si ex diffrentibus angulis apparuerint, inordinatos uentos nunciabit. quod si à quatuor angulis uidebitur, aërem hyemalem ex multis differentijs indicabit, ita quod inde tonitrua, coruscationes, & his similia prouenire non dubitabimus. Eodem quoq; modo, quum nubium qualitates lanæ floccis assimilabuntur, *hyemalem* aërem fortassis significabunt. Iris etiam quæ quandoq; uidetur, quum in serenis temporibus apparuerit, aërem hyemalem præsignabit: quumq; in temporibus hyemalis aëris formabitur, serenum nunciabit. Generaliter autem dicimus, quod in maiori parte proprij colores qui apparēt, in aëre qualitates similes accidentibus, prædictis coloribus significatis indicabunt. Nec igitur uniuersali inuestigatione rerum generalium & particulariū generali modo prædicta sunt. In subsequentibus uero natuitatum prognosticationem, uelut ordo postular, explanabimus.

CL. PTOLOMÆI QVADRIPAR-

TITI, LIB. III. PRO OE MIVM.

 Ostquam accidentia generalia in his quæ ex nostra obseruatione præmissa sunt, demonstrauimus, eo quòd eorum obseruatio ad præmittendum est conuenientior, qualiter futura rerum uniusculius hominum in suarum naturarum proprietatibus deprehēdamus, nunc explanare nitemur. Hæc igitur pars operis uocatur Rerum natuitatum prognostica. Quòd autem istarum duarum specierum uis in uia operis & scientiæ sit una, scire non est inconueniens. Nam Solis & Lune stellæ